



Christoph Henricus,
Nobilis Dominus de Berger.
Com. Palat. Caesar. Potent. Pol. Regis ac
Elect. Saxon. in Summo Provocat. Senatu
Consil. Antecess. Curiae Elect. Provincie. Consist.
Eccles. Scabinat. et Ord. Jur. in Acad. Vitemberg.
itemq. Iur. Ducal. in March. Infer. Lufsat. Assessore.

M. B. j.

Werk

Titel: Acta Academiae Vitembergensis

Jahr: 1724

Kollektion: vd18.digital

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN818794127

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN818794127>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=818794127>

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN814206034

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN814206034>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=814206034>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

(4)

ACTA
ACADEMIAE
VITEMBERGENSIS

IN
RECTORATV SEMESTRI
GEORG. FRID. SCHROEER

SS. THEOL. D. EIVSDEMQUE PROE. PVBL
ORDIN. ET ALVMNORVM REGIO
ELECTORALIVM EPHORI

A. C. clo 15cc XXII. ET XXIII



VITEMBERGAE
APVD GEORG. MARCVM KNOCHIVM
MDCCXXIV C. A. Neuman.
1724.

ACTA

PERGAMEN

ACADEMIA



LIBRARY
ACADEMIA GEORGIANA AUGUSTA

VIRO
MAGNIFICO
ATQVE ILLVSTRI
CHRISTOPH
HENRICO
NOBILI DOMINO
DE
BERGER
COMITI PALATINO
CAESAREO

POTENTISSL. POL. RE-
GIS AC ELECTORIS SA-
XON. IN SVMMO PRO-
VOCATIONVM SENATV
CONSLIARIO ANTE-
CESSORI CVRIA ELE-
CTORALIS PROVINCIA-
LIS CONSISTORII EC-
CLESIASTICI SCABINA-
TVS ET ORDINIS IVRI-
DICI IN ACADEMIA VI-
TEMBERGENSI ITEM-
QVE IVDICII DVCALIS
IN MARCHIONATV IN-
FERIORIS LVSATIAE
ASSESSORI

H. T.
ACADEMIAE
RECTORI

VIR MAGNIFICE
ATQVE ILLVSTRIS
EXCELENTISSIME QVE
DOMINE ATQVE PATRONE
SVMMA ANIMI SVBMIS-
SIONE DEVENERANDE

QVanquam non
nescio, me au-
daciae insimulari pos-
se,

se, quod ILLVSTRE No-
MEN TVVM, leui hu-
ic opusculo, praefige-
re uoluerim, tamen,
cum graues me urse-
rint causae, iure ui-
deor meritoque hoc
mihi sumfisse. Sunt
enim Academiae hu-
ius, cuius ILLVSTRE
adhuc es CAPVT, A-
cta, quae, si dicafsem
alii,

alii, contra obseruan-
tiae, quam ILLVSTRI
Tvo NOMINI debeo,
leges peccassem. Ac-
cedunt infinita TVA,
quae in me extant,
merita , quorum si
contexere uellem ca-
talogum , dedicatio-
nis excederem limi-
tes. Tvo certe PA-
TROCINIO fultus, pere-
): (4 gri-

grinus ego, hic lo-
ci fortunae meae ui-
di initium, uideo pro-
gressum, Tuis in pri-
mis beneficiis auctus
atque ornatus. Susci-
pe ergo benigne,
quam ILLVSTRI NOMI-
NI Tvo dedico, opel-
lam, et, uti hactenus,
ita in posterum quo-
que, Praefidio Tuo,
me

me fortunamque me-
am tueare. Quod su-
perest, DEVM T. O
M. ardentiſſimis adeo
precibus, ut TE in or-
bis literati emolu-
mentum, Academiae
huius decus, illuſtris
familiae ſolatium, o-
mnis generis bonis li-
beraliffime beare, et
quam diutiffime ſu-
): (5 per-

perstitem esse uelit.


Ita precatur

MAGNIFICE DOMINE
RECTOR

ILLVSTRIS
NOMINIS TVI

humillimus Seruus

GEORG. MARC. KNOCHE
Bibliopola



LECTOR BENEVOLE,

ANte quinque, et quod ex-
currit, annos, Acta Aca-
dem. Vitemb. edi cura-
uit Io. Christophor. Colerus, Fa-
cult. Philos. Assess. qui, quoad hic
est commoratus, magnam erudi-
tionis laudem, tam dissertationi-
bus, quas Eruditorum subiecit
συζητήσεις, quam Actis Acade-
miae Vitembergensis literariis, re-
portauit, dignus adeo, cuius me-
moriā renouemus, maxime cum
nemo, post ipsius abitum, fuerit in-
uentus, qui magistrorum Vitem-
ber-

bergensium, et eruditionis et indu-
striae laudibus, summum ad ho-
noris fastigium efflorescentium,
famam repetiuisset, quod tamen
inlytis, per Germaniam, Acade-
miis, Altorfensi, Halensi, Ienen-
si, Iuliae, Lipsiensi, Rostochiensi,
quibus perindustrii uiri multum
operae in annalibus posuerunt a-
cademicis, contigit. Cum igi-
tur hoc Eruditorum institutum
perutile communi fere Literatorum
suffragio sit comprobatum hacte-
nus, nec laudibus omnino destitu-
atur honorificis; Acta Academiae
Vitembergensis, quanquam immu-
tata paululum facie, uelut e mor-
tuis, in rei literariae commodum
et usus, resuscitare, tandem amicis
quibusdam fuit complacitum. Duo
autem horum Actorum, quae in
se continebunt 1.) conspectum dis-
sertationum, 2.) programmata, 3.)
oratio-


orationes, 4.) scripta polemica, 5.)
singulares Anatomicorum, Physi-
corum, Mathematicorum obserua-
tiones, 6.) nouas Philosophorum et
Philologorum passim opinioneſ ac
methodoſ, 7.) perbreuem libro-
rum Vitembergæ editorum recen-
ſionem, uolumina cotannis in lu-
cem emittere, constitutum eſt, quo-
rum prius res a die XVIII. Octobr.
posteriorius a die I. Maii hic gestas, re-
censebunt, ita tamen, ut unumquod-
que ſemestre pagellarum numero al-
terum ſemper aequet. Quod ſi uero
hoc uel illud ſemestre, deficiente ma-
teria, iustum pagellarum numerum
accedere nequeat, tractatus alios
selectiſſimos, perraros, utiliſſimos
ſubnectemus, nihil certe intermis-
ſuri, quae ad rei literariae, huius-
que Academiae, per Europam fa-
migeratiſſimae, emolumentum pa-
riter ac ornamentum facere poſ-
ſit.

ATCA

sit. De cetero amicis beneuolorum Lectorum monitis ac desiderio lubentissime sum gratificaturus, quorum etiam patrocinio ac fauori me iterum iterumque de meliori nota commendo , Deum enixe rogans, uelit singulos omnibus fortunis exoptatissimis diu adfluentes, quod deuotissimo precatur animo

ad omnia officorum genera paratissimus
Bibliopola.

ACTA



ACTA
ACADEMIAE
VITEMBERGENSIS
IN
RECTORATV SEMESTRI
GEORG. FRID. SCHROEERI
SS. THEOL. D. EIVSDEMQUE PROF. PVBL. ORDIN
ET ALVMNORVM REGIO-ELECTO-
RALIVM EPHORI
A. C. CID 10CCXXII ET XXIII.

More Academiae Vitembergensis con-
sueto d. 18. Octobr. 1722.
GEORGIVS FRIDERICVS
SCHROEERVS, SS. THEOL. D.
EIVSDEMQUE P. P. O. ALVMNOR. REG. E-
LECTOR. EPHORVS, RECTOR MAGNI-
FICUS est renuntiatus.

Die XXII. Octobr. PRISCVM GERMANVM
HAVD ILLITERATVM, PRAESIDE IO.GVL.

A BERGE-

BERGERO, SAC. CAES. MAI. ET POTENTISS.
POLON. REG. AC PR. ELECT. SAXON. CON-
SIL. HISTORIOGRAPHO REGIO, ELOQV. ET
HUMAN. PROF. PVBL. ALVMN. ELECTORAL
EPHORO, *Disputatione publica, defendit HENR*
AVGVST. FISCHER, DRESENA MISNIC
Vitemb. literis viduae Gerdesiae pl. 5 $\frac{1}{2}$.

Paragraphis XIII. Germania uetus ab ignorantiae
suspicione vindicatur, illudque §. 1. et 2. contra
Philippum Cluuerium, Christophorum Lehman-
num, Hermannum Conringium, Martinum Cru-
sium et alios, qui germanorum dignitati hac in par-
te defuerunt, §. 3. auctor in uocem *priscus* et
illiteratus commentatur, illumque nominat *illitera-*
tum uillicum Columellae, hoc est, *omnium rudem li-*
terarum, §. 4. auctor in Taciti, qui, LITERARVM,
inquit, *SECRETA uiri pariter, ac feminae, IGNO-*
RANT, excurrit laudes, §. 5. per literarum se-
creta intelligit literas secretas, siue ἐρωτικὰς, ama-
torias, quas Galli *les billets* uocant, et, Tacitum, Grae-
cis deditum, Thucydidi maxime, εἰληνίζειν, dicit,
uti alias Latinis formulae non ignotae, *occulta sal-*
tuum, strata uiarum, occulta coniurationis, secre-
ta pectoris, id est, negotia, siue res, §. 6. monet
ex contextu, Tacitum collaudare sanctitatem ma-
trimonii, *priscos apud Germanos*, quod *septa pudici-*
tia agunt, ut recte Gronouius, *inexpugnabili*,
ut ipse Tacitus alibi, *impenetrabili*, ubi *omnia podo-*
re sunt septa, ut loquitur Liuius, *quod, cum ma-*
gnam corrumpendae mulieris habeant vim spectacu-

la

la, coniuia, literae occultius ac blandius scriptae,
 Germani neque SPECTACVLORVM ILLECE-
 BRAS habeant, nec CONVIVIORVM IRRITA-
 TIONES, nec istarum denique, de quibus est
 dictum, LITERARVM SECRETA, quae a viris
 pariter ac feminis ignorentur, adeo quidem, ut ta-
 les arcani amoris literae nec scribantur ab illis, ne-
 que ab ipsis acceptae, legantur. Opponuntur huic
 Sanctimoniae adulteria paucissima in tam numero-
 sa gente, eorum simul additur poena grauis, de-
 nique nulla pudicitiae publicatae uenia datur, §. 7.
 Remouetur opinio una et altera, quod literarum
 secreta hic non sint mysteria literarum interiorum,
 doctrinae reconditae, scientiae abstrusae, neque
 historiae, aut poemata, muliebris libidinis inci-
 tamenta, §. 8. et 9. intimiores rationes ab li-
 bidinibus, praesertim Romanorum literis amatori-
 is, aliisque prauis moribus petitae, nempe cur Tacit-
 tus haec inciderit in uerba, recensentur. §. 10.
 seposita multorum de Germanis opinione, au-
 tor ueram ad sententiam, ab se antea propositam,
 accedit. §. 11. et 12. contra dissentientes agitur, do-
 ctrina Germanorum asserta, §. 13. de fabulis
 Milesiis, hodie Romanensibus dictis, earundem
 que damnis differit, quibus tamen facile caret
 germana, prisci tenax pudoris, grauitas.

Prodiit die 28. Octobr. Exercitatio Philologica,
 qua SVMMI PONTIFICIS INGRESSVS IN EX-
 PIATIONIS DIE FACTOS EX SCRIPTVRA

V. T. TALMVDE etc. CONTRA CELEBERR. AVTOREM, praeside IO. IVSTO SONNE-SCHMID. ART. LIBERAL. MAG. APOLDANO, quam publice defendit IO. PAVLVS RAM PHIL. ET SS. THEOL. CVLT. FREIBERGA MISN. Vitemb. literis uiduae Gerdet. 2. plag.

In Dissertationis huius §. 1. 2. et 3. monetur, adytum, בְּכִיר appellatum, omnibus, praeter sacerdotem summum, tam in tabernaculo, quam in templo, fuisse inaccessum, atque huic non nisi expiationis die, hora ministerii, Vid *Talmud*, *Cod. קלים*, *Cap. 1. Thes. Mischn. VI. Leu. XVI. 2. Maimon*, in *Hilcoth. Biath Hammikdasch*, *Cap. II. §. 1. et quidem העבורה בשעת*, tempore ministerii, certis, (quater, tertiis *Maimon*, l. c. *Cap. II. §. 3. Abarbanel in Leuit XVI. fol. 200 B. col. 2. Bartenora ad cod Talm.* *Cap. 1. 9.*) uiciibus, quod posterius adfirmant *Franzius*, *Quistorpius*, *Lundius*, sed negat *Conradus Mel* in *Antiquar. S. §. 4. secundus ingressus Leu. XVI. 14. §. 5. tertius u. 15. §. 6. quartus commemoratur*, itemque. §. 7. ingressus primus *ex Talm. cod. Ioma Cap. V. Thes. mischn. 1. §. 8. secundus ex Talm. Babyl. l. c. u. 3. fol. 53. Col. 2. §. 9. tertius ex Talm. Babyl. l. c. Cap. V. θ. c. fol. 53. p. lin. 28. sqv. §. 10. quartus ex Talm. Babyl. Cap. VII. θ. 4. fol. 70. A. §. 11. 12. 13. 14. 15. remouentur Conradi Mel obiectiones.*

Quae

Quae per totum hoc semestre acta, uides ex Catalogo Lectionum et exercitationum, quae a festo Michaelis Anni M. D CC XXII. usque ad festum Paschatis anni M D CC XXIII. in Academia Vitembergensi habitae sunt.

IN FACULTATE THEOLOGICA.

GOTTLIEB VVERNSDORFIVS, D. P. P.
et Sup. Gen. quae meditatur in *Formulam Concordiae*, propediem ordietur. In praelegendis institutionibus doctrinae Christianae, tractandisque recentioribus controversiis, quibus nunc subinde anti-henoticas admiscet, sedulo perget. Utrisque, de uoluntate quorundam commilitonum, examina quotidiana subiicit. Plura per hanc hyemem polliceri non audet.

MARTINVS CHLADENIVS, D. Interpretationem prioris ad Corinthios Epistolae ulterius prosequetur: Institutiones Theologiae Exegeticae continuabit. In Examinatorio Collegio adhuc uersatur. Subiunget uero ex instituto tractationem doctrinae de Actibus Gratiae Spiritus S. applicatricis, ut et Collegium Disputatorium.

GEORGIVS FRIDERICVS SCROEER. D. et Academ. RECTOR, continuabit publice doctrinam de Christo, priuatim autem Collegiumtheticum et disputatorium.

IO. GVILIELMVS IANVS, D. publice, hora VIII. scripta henotica et ant henotica , nouissime edita , recenset atque dijudicat : priuatim, hora VII, in Collegio Biblico, librum Iobi interpretatur , eiusque lensus diuinos et reconditos, ex fontibus sacris non defunctorie erutos , ad usus theologicos accommodare docet : hora III acroases theologicas in B. Neumannii Aphorismos , non ita pridem coeptas, continuat. Historiae Ecclesiasticae medii aeui , nuper admodum finitae expositionem rerum , ab initio seculi XVI, restituta Euangeli luce illustris , usque ad nostra tempora, in republica Christiana gestarum, subiungeret, propediem D. V. eadem hora X auspicandam.

IN FACVLTATE IVRIDICA.

IO. BALTHASAR WERNHER. D. Ordinarius, publicas Praelectiones ad Processum Criminalem continuat. Priuatim tria noua Collegia, ad Vniuersum Ius Ciuale , iuxta seriem Pandectarum , Ius Canonicum, iuxta doctrinam Schilteri, et Ordin. Proc. Saxon. non tantum inchoabit, sed et cum Deo, per hoc semestre hybernum, certo ad finem perducet.

GEBH. CHRISTIANVS BASTINELLER. D. publice Titulum *π. de Verbb. Signif.* exponit, deinceps Titulum sequentem *de Regg. Iuris declaratus*. Priuatim principia Processus Iudicarii tradit , itemque Institutiones et Pandectas interpretatur.

GODFR.

GODFR. LVDOV. MENCKEN, D. processum iudicarium, theoretice et practice publicis lecti-
onibus declaratum, proxime absoluet. In explica-
tione Pandectarum, a Schoepfero editarum, nec
non Iuris Canonici ad ductum Schilteri, adhuc
haeret. Finitis hisce Collegiis, Struui Iurispru-
dentiam Roman. Germ. nec non Ius Feudale
Strykianum, enodare, succinctisque notis ac ani-
maduersionibus quibusdam, Saxonici maxime
fori Vsui acommmodatis, illustrare instantibus eo
aliquibus futuris Auditoribus promisit, iisdem si
arridere suam methodum obseruabit, et illas in
calamum dictitari, curabit.

CHRISTOPH. HENRICVS DE BERGER, D.
publice Collegium Processus Iudicarii ad In-
troductionem Stryckianam propediem auspi-
cabitur. Domi Struianae Iurisprudentiae Roma-
no-Germanicae interpretationem inchoaturus.

JACOBVS CAROLVS SPENER, D. publice le-
ctiones in insignem libellum Monzambanianum
de statu Imperii Romano-Germanici ad finem
perducet, et priuatim iterum Ius Feudale, du-
ce Strykio, exponit.

DIET. HERM. KEMMERICH, D. publice *Dif-
ferentias Iuris Naturalis et Civilis secundum or-
dinem Pandectarum*, prout in Programmate
auspicali promisit, idque ductu Compendii Lau-
terbachiani, explicat: Priuatim Introductionem
suam ad *Ius Publicum* nuper interpretari coepit,
breui quoque paelectiones in *Iurisprudentiam*

Struuiianam, atque Examen Institi Hoppianicum, itemque Exercitia Disputatoria ad Pufendorffium suum Enucleatum, a se desiderata, denuo exorsurus.

IO. GODOFREDVS KRAVS, D. absoluta prima *Constitutionum Elect. Sax. Parte*, publice circa Partis secundae expositionem uersatur. Priuatim Schoepfferi Synopsin Iur. Priu. Rom. et For. ut et D. Griebneri Principia Processus iudicarii interpretatur. Collegium quoque in *Institutiones Iustinianaeas*, nec non B. Strykii Examen Iur. Feud inchoabit.

IN FACULTATE MEDICA.

IO. GODOFREDVS DE BERGER, Acad Senior, publice, medendi scientiam in ueritate, sensu comperta, inniti, atque ab erroribus uulgi, et hypothesibus, alienam esse, ostendet. Ea uero, de quibus priuatim acturus est, seorsim significabit.

CHRISTIANVS VATER, Pathol. P. P. Observationes morborum selectas, eorundemque curationes diuturna praxi collectas, nunc Auditoribus suis communicabit & explicabit. De caetero adhuc in Aphorismorum Hippocratiorum illustratione, nec non operationum chirurgicalium demonstratione, uersatur, quibus perfectis, *Institutiones Artis* totius de nouo inchoabit.

ABRAHAMVS VATER, D. et Prof. Publ. Anat. et Botan. Substit. lectionibus Botanicis, quas per aesta-

aestatem in horto academico instituit, finitis, nunc demonstrationes anatomicas in Theatro publice administrare incepit, priuatim uero Chirurgiam atque Materiam Medicam docere aggressus est. Nuperrime quoque in Anatome publica cadaueris feminini, inter alia singularia lienis humani substantiam cellulosam et fibrosam, tantopere inter celeberrimos aeui nostri Anatomicos controuersam, felici admodum auspicio detexit, atque publice auditoribus demonstrauit, quod inuentum breui luci exponere decreuit.

IN FACULTTE PHILOSOPHICA.

IO. CHRISTOPHORVS VVICHMANNSHAVSEN, LL. OO. Prof. P. per instans semestre hibernum, idiomatis Chaldaici fontes, publice, ita adaperiet, ut, ipsa etiam praxi, amplissimum istius usum insimul commonstret. Priuata opera, super maxime necessariis, autentica Veteris Instrumenti oracula solide enodandi, subsidiis, uberius, & pro uirili, dispicere allaborabit.

IO. GVILIELMVS BERGERVS, P. P. *Taciti Germaniam* adhuc interpretatus, eidem antiquitatis patriae inuestigationi insister. Priuatum Imperii Notitiam, et alia, finiuit. Deinceps Historiam Europæ florentis, Imperii maxime nostri et Saxoniam, tradet. Ciuilis etiam Eloquentiae usum Grotianae prudentiae exemplis, ad aeui nostri casus accommodatis, illustrabit.

GE.

GEORG. GVIL. KIRCHMAIERVS , hora I. pomericiana scholas publicas , in quibus recessus uniuersae linguae Graecae intimos recludit, eiusque simul elegantiam et puritatem in N. Foe-deris dictione demonstrat, per hyemem, perinde, ac reliquas, die Mercurii et Saturni , ad polienda quaevis literarum studia maxime necessariaς, continuabit. Priuatim operam suam, in explicandis exquisitae ac compendiariae philosophiae praceptis, quae Buddeum, V. C. autorem habent, desiderantibus lubens studebit.

ERNESTVS CHRISTIANVS SCHROEDERVS, Log. et Philos. primae P. P. h. t. DECANVS, in recitationibus publicis, de Theologia naturali, existentiam pariter atque essentiam DEI explanauit. Nunc occupatur in doctrina de attributis ipsius, ac speciatim ἐνεργητικοῖς, quibus absolutis, actiones, seu opera, eius illustrabit. Priuatim non ita pridem scholas aperuit metaphysicas, itemque pneumaticas, propediem alias adiuncturus.

MARTINVS HASSEN , Moralium P. P. in Arnoldi Geulingii Ethicam epitomatam , seu succinctis comprehensam positionibus , publice commentatur, suaे uero synopsi , priuatim explicande, tres etiamnunc horas quotidie impendit, Collegio, ut dici consuevit, Politico Speciali priuatisimo pensum conficiens.

MAR-

MARTINVS GOTTHELFF LOESCHERVS,

D. publice de nouis in Philosophia naturali inventis differet, atque Institutiones Medicas docebit. Priuatim hactenus Osteologiam et Physicam Experimentalem tractauit, demonstrationibusque huc spectantibus illustravit, nec non Praxin Medicam exposuit, quas quidem praelectiones etiam in posterum continuabit, iisdemque recitationes Pathologicas et Semioticas addet.

FRIDERICVS STRVNZIVS, Poef. P. P. de Dramaticae Poeeos Natura publica lectione exponet, atque ab initio quidem Comoediae, eiusque uirtutes demonstrabit et uitia, exemplisque veterum Graecorum et Latinorum illustrabit. In laboribus priuatis, quos haut ita pridem incepit, diligenter perget, atque illis, qui petierunt, poetas nonnullos Graecos ut ipsis praelegat, quoque gratificaturus est.

IO. FRIDER. WEIDLERVS, Super. Math. P. P. Publice hora VIII quae de minoribus planetis et stellis reliquis antiquis et nouis dicenda supersunt, ad finem perducere studebit. Priuatim hora IX et XI in matheseos uniuersae explicationibus pergit, et hora X adhuc astronomiam docet.

IACOBVS CAROLVS SPENER, D. Hist. P. P. publice Saxoniam Historiam ad ductum Gioanni explicabit, et priuatim uersatur tum in Historia Germaniae Universali et Pragmatica ad ordinem

nem

dinem Institutionum a se editarum exponenda, tum in commentationibus ad Giouanni integrum Germaniam Principem.

IO. MATTHIAS HASIVS, Inf. Math. P. P. Algebraam publicis lectionibus exponit, eiusque partem, quae applicatur ad Arithmeticam, priuatis institutum suum in explicandis uniuersis Theseos disciplinis prosequitur.

Praeter Professores ordinarios, in Leucorea nostra, extra ordinem quoque docent:

IO. CASP. HAVERVNGIVS SS. Theol. D. eiusd. P. P. E. & Archi-Diaconus Vitemberg. qui collegium anti-socinianum et alia aperuit.

GEORG. FRIDER. RAVIVS, Philos. Prof. P. E. Collegii Philos. Assessor, te Verbi Diuini Minister, qui Historiam Philosophicam inchoauit.

SAM. FRIDER. BVCHERVS, Antiquitatum Prof. Publ. et Facult. Phil. Assest. Ordin, qui hora VI. matut. Linguam Sanctam, hora VII. et II. Philosophiam, quam ad Theologiam, aliasque partes eruditionis, sedulo adplicat, hora IX. Antiquitates Graecas, hora I. Linguam Chaldaeam et Syriam tradit.

Sunt et alii permulti Doctores et Magistri pereruti, qui desiderantibus operas suas non denegant. Habent quoque hac in academia et illi, qui studiorum uicissitudines amant, praeter Lectores linguae gallica, in arte equitandi, ludisque palaestrico, et saltatorio magistros, longo harum rerum usu exercitatissimos.

Die

Die XIX. Nov. DE ENTHVSIASTA PRAE
ATHEO INCVRABILI, Praeside MART. CHLA-
DENIO, SS. THEOL. DOCTORE ET PRO-
FESSORE PVBLICO, TEMPLI OO. SS. PRAE-
POSITO, CONSISTORII ECCLESIASTICI AS-
SESSORE ET ORD. THEOL. H. T. DECANO,
disputauit IO. SARTORIVS ROSNAVIA Hungar.
Vitemb. ex officina uiduae Gerdesiae, 4. plagg.

Haec dissertatio constat praefatione, tracta-
tione, epilogo. Praefatio de Mori agit sententia,
eiusque occasione, ac praeterea monet, quod Enthu-
siastae per resurrectionem mortuorum intelligent
*restitutionem hominum in sanctimoniam, ab ipsis
praedicatam, per actum ultimi iudicii doctrinam
fanaticam et ueluti pantocriticam, qua omnes iudi-
carentur homines.* Cum uero Enthusiastae rationis
usui nuncium remittentes, imaginationes proprias
pro certis et indubitatis reuelationibus imperi-
ose mundo dicent, *superbos et spiritus, ubi se non
explicare possent, ac per quaestiones captos, refuta-
tosque se sentirent, nihil respondeant, exinde colli-
gitur ab Henrico Moro : Difficilius conuersionis
negotium, quam cum ipsis Atheis, reddi.*

Tractatio XXII. absolvitur paragraphis §. I. Athe-
ismi datur descriptio & diuisio, ubi distinguit au-
tor inter Atheum *directum negatiue talem, spe-
ctatum cum actuali et totali exuitione principiorum,*
seu notitiae de Deo insitae, sed talis, iudice auctore,
*fortis spiritus (quo nomine fere blasphemо sibi alio-
qui Atbei blandiantur, quasi fortitudo in Θεομαχија
confi-*

consisteret, quod horrendum,) ne per momentum
quidem inuenitur? et directum priuatiue talem,
consideratum cum conatu, seu habitu innato pri-
uandi, tametsi frustraneo. Huiusmodi fuerunt non
pauci, qui nempe satis audacter existentiam Numi-
nis contra rationis et reuelationis dictamen, in du-
biu[m] uocare et negare sustinuerunt. §. 2. N[on] in A-
theismum inquirit indirectum, qualis (1) theoreti-
cus, quando talia adseruntur, quibus positis neces-
se est, per pronam et spontaneam consequentiam,
doctrinam de Numinis existentia deleri et pessun-
dari, (2) practicus, cum ita uiuitur, ut àπιστιαί cir-
ca Dei existentiam uel iustitiam in corde stabulari
et haerere, sufficienti testimonio innotescat, aut
suspicio excitetur non uana, optare mentem, ut non
existeret Numen, poenis tandem in impios animad-
uertens. Vterque auctori nostro consideratur, in
quantum aut crassior, aut subtilior, aut inchoatus, aut
consummatus est. ¶ refutatur Jenckinus Thomasi-
us, Britannus, qui, si dissentientes consequentias
nostras haud agnoscant, non illico stigmate Atheismi
esse notandos, etsi crassissimum errent errorem re-
spectu Religionis Christianae, in *Histor. Atheism.*
p. 65. adserit. ¶ Mentio iniicitur Th. Browne, qui in
Relig. Med. Sect. XIX. unquam fuisse atheum, per-
negauit, et Tolandi, qui Spiritus incorporeos, men-
tem aeternam, praestantissimam prouidentiam Nu-
minis, animae immortalitatem inficiatus est, et ta-
men nomen deprecatur Athei. His uero atque simili-
bus Atheti titulum uere et ex merito competere,

auctor

auctor nequaquam ambigit, et si enim omnes partes et adjuncta Athei directi, uel consummati non impleuissent, formale tamen eius sustinuissent. §. 3. classes Atheismi attingit, *Weissmannum in H. E. sec. XVII. 1329. ex Anonymo nouem recensere ordines, commemoratur, ac duplex ordo constituitur, ad pri-* mun auctor refert Atheos directos et indirectos, consequentiam uidentes, atque intelligentes, *ad secundum indirectos*, qui per consequentiam Deum uel eius prouidentiam tollunt, et si consecutionem illam non uideant. §. 4. causas huius pestis percenset, inter quas nominantur profundissima humanae naturae corruptio et auersio a Deo, calliditas Satanae, superbia, supersticio, libri nefarii, sententiae aliquid sanctitatis et honestatis in speciem spirantes, illecebriae et incitamenta, ut sint Sam. Clarkio *stupiditas crassa, uita male transacta, mores seculi corruptissimi et luxuriosi, persuasio de intellectus sui praeclaritate, Spizelio et Reisero praeterea Machiauelianismus, Indifferentismus, religionum mixtura, teper in rebus diuinis, pertinax negatio notitiae Dei insitae, Scepticismus, pruritus euellendi fundamenta doctrinae salutiferae, peruersum doctrinae naturalis studium, temera Criticorum de uerbo Dei iudicia, quibus auctor subjungit Enthusiasmum, sive Fanatismum.* §. V. signa et characteres Atheismi contemplatur, uid §. XVIII. §. 6. conditionem Athei miseram deplorat, quae consistat in absentia omnis doni spiritualis et ipsius gratiae Dei §. 7. diffi-

difficultas conuersionis adstruitur eorum, qui ad
αἰρηνὴν et βάθος atheisticum peruererunt, §.
8. commemorat conuersionem Atheorum quorun-
dam, u. c. *Franc. Junii, a D. Gerardo Meiero*, nuper
traditam, et *comitis Roffensis in Britannia a Burneto*
ad mentem reuocati meliorem, §. 9. discrimen
Athei et Enthusiastae in eo etiam quaerit, quod
hic nullum agnoscat principium, hic aliud substi-
tuat, coelitus delatum et missum; et affinitatem
admittit, quod suo modo parem causam, exitum et
euentum habeant, §. 10. sistit descriptionem, ubi i. au-
ctor definit Enthusiasmum *per persuasionem fal-
sam de inspiratione singulari diuina, siue motu et
impulso extraordinario spiritus diuini*, common-
strat, quod 2. opponatur directe, (a) immediatae in-
spirationi diuinæ uerae ac Θεοπνευσία, (β) moti-
bus sanctis mediatis et ordinariis, 3. quod, Enthusi-
asmum aliquem dicere bonum et sanctum, sit
σιδηρόξυλον, 4 quod Enthusiasmus diuinatorius,
mysticus, poeticus, amatorius, martialis, rhetoricus,
musicus, mechanicus etc. impropriæ saltem ita di-
catur, perinde, ut quando sit ratione principii alias
naturalis, alias praeternaturalis, et rursus alias su-
pernaturalis, prior itidem impropriæ ita appelletur,
(5) testimonium subiicit ex *Buddei Theol. Mor. C.*
I. Sect. V. p. 212. §. II. occupatur in indagatione
causarum, ubi *Henr. Morus Enthusiasmum, ecstases,*
insomnia, uisiones temperamento causisque naturali-
bus adscribit, id quod ex exemplis *Simonis Magi,*
Menandri Samaritani, Montani, Manetis, ipsius Ma-

home-

bomedis, demonstrari posse, existimat, §. 12. notat lapsus Mori, quod 1.) Enthusiasmum sanctum bonum et Christianum statuat, ortum nempe ex uehementi amore erga Deum, ut et ineffabili gau- dio et pace, 2) illum competere dicat diuinioribus Philosophis, Platonii et Plotino, qui nihil aliud sit, quam humanae naturae, divinae uitiae sensu ac deliciis, quae omnis sanctae sapientiae ac uirtutis radix et origo est, quasi ineibriatae exultatio et triumphus, 3) in lac. Boehmio ignorantiam naturae et scripturae, effrenem imaginationem melancholicam, inspirationem falsam, alia exprobret, et ta- men totus in eius laudes effundatur, 4) spiritibus extensionem tribuat, tametsi subtilissimam, simpli- cem et mathematicam, §. 13. 1) Causas ulterius persequitur, ubi fraudes inter Satanae refertur praecipue fictio reuelationis tertii generis, excel- lenta, diuina uiuacitate ex efficacia multum a re- uelatione immediata distantis, et a qua sola salus et uita aeterna sit obtainenda, 2) Io. Lockium refutat, quod in libr. de Int. Hum. C. XIX. p. 920. ad ra- tionem, tanquam supremum iudicem, in omnibus re- currendum esse, putet, §. 14. status ex Enthusiasmo miser expenditur, ob. 1) mutationem scri- pturae, sensu spreto literali, meram in allegoriam, 2) requisitionem noui spiritus, 3) extenuationem scripturae, 4) euersionem mysteriorum fidei, 5) impias de Deo commentationes, emanationem ex essentia diuina, immanationem et ἀπονατάσασιν πάντων, 6.) ἀποθεώσεος fictionem, 7) sententias

indifferentisticas, et §. 16. Enthusiasmi conuentia cum Atheismo, ipso *Mori* testimonio et *Buddei* ex libr. de *Atheismo et superst.* p. 217. in subsidium uocato, quae §. 17. probatur 1.) ex $\alpha\pi\theta\epsilon\omega\sigma\epsilon$, 2.) negatione prouidentiae, 3.) animae immortalitatis, 4.) spirituum bonorum et malorum, 5.) reiectione miraculorum, uaticiniorum, uniuersae de Christo historiae, 6.) uerae religionis labefactatione, 7.) negatione peruerfioneque nouissimorum, 8.) Atheorum defensione et apologia, §. 18. octo Atheismi characteres *Tb. Spicelii* ex libr. de *Radice Atheismi.* p. 15. cum Enthusiasmo communes recensentur, uidelicet 1.) negatio miraculorum etc. 2.) neglectus Scripturae, 3.) studium metum omnem excutiendi ex hominum corde, 4.) contemtus ministerii, 5.) frigida Atheorum refutatio et enarratio, 6.) simulatio sanctitatis externae 7.) excusatio Atheorum et ab impugnatione Atheismi horror, 8.) defectus $\epsilon\nu\tau\epsilon\beta\epsilon\alpha\varsigma$, §. 19. Difficultatem conuerzionis examinat, commonstratam 1.) ex uerbis *Mori*, 2.) *Buddei* l. c. C. IV. p. 345. de *Atheis agentis*, α) propter erroris et miseriae non agnitionem, β) uerbi diuini contemtum, γ) rationis rectae ductus negligentiam, δ) prauas in cupiditates immersionem, quibus auctor addit merito meriti Saluatoris contemtum 3.) *Lutheri* T. VI. Altenb. Explic. Epist. ad Gal. p. 644. §. 20. et 21. Difficultatem illam illustrat exemplis Phariseorum, fanatica labie infectorum, §. 22. conditionem illam miseram et causas

causas porro deplorat, u. c. surditatem Enthusiastarum spiritualem, statum, quem fingunt, mere passuum, inanem perfectismi persuasionem, et tandem auctor. *H. Morum non male, tum generaliter de incurabilitate Athei et Enthusiastae, tum speciatim de maiori circa hunc difficultate pronunciavisse*, colligit. Epilogi loco adiicitur Comitis Rofensis deprecatione ante mortem, et totius dissertationis conspectus.

Die XX. Nou. Dissertatio Theologica fuit habita, cuius titulus est: *Memoria Secularis controversiae Magdeburgensis de Theologia hominis irregeniti*, die XX. Nou. A. M DC XXII. a M. Andrea Cramero, excitatae, et non multo post ab Ecclesia Euangelica decisae, obseruationibus quibusdam Theologicis in usum praesentis seculi illustrata, quam Praefide IOHANNE GVILIELMO IANO S. S. Theol. D. et P. P. Alumnorumque Regio-Electoralium Ephoro, publicae diiudicationi Die XX. Nou. A. M DCCXXII. in Auditorio maiori instituendae, pro loco inter Candidatos Theologiae obtinendo, permittit M. LAVRENTIVS ARNELL, Holmia Suecus, designatus Ecclesiae Gallicae Holmiensis Minister. Vitemb. prelo Creusigiano pl. 14.

Auctor Dissertationis huius praemisit tractationi praefationem, et coronidis loco subiunxit monumenta quaedam ad historiam controversiae Magdeburgensis de Theologia irregeniti spectantia. Praefatio ex *Iob. Fechtii Diff. de notitia Christi cum obseruatione mandatorum ipsius coniuncta*, controversiam hanc in Belgio inter *Iob. Cameronem Calvinianum*, et *Simonem Episcopium Arminianum*, qui hoc in passu cum orthodoxis sensit, ac in uicinia inter *M. Andream Cramerum Magdeb. ad aed. S. Io. Past. et inter M. Sigism. Euenium, Gymn. Rector. ac M. Io. Cotzibuum, ad aed. S. Iac. Past.* centum ab hinc annis prolixo et acriter iisdem fere, quibus hodie in arenam partes descendunt aduersae, argumentis disceptatam fuisse, monet. Tractatio duabus finitur capitibus, quorum primum historicum est, dogmaticum alterum. Caput I. per XVIII. se diffundit paragraphos, quas inter §. 1. et 2. notat *Kromayeri errorem*, qui in *Hist. Eccles. Cent. XVII. p. 649.* scribit, circa XXVIII. an. sec. XVII. *Magdeburgi fuisse disputatum de genere Theologiae, utrum sit habitus*, cum tamen controversiae illius initium a die XX. Nou. A. M DC XXII. repetendum, et potissimum de subiecto, utrum uera Theologia etiam cadat in irregenitum altercati fuerint. §. 3. *Godofr. Arnoldus Kromayerum, non inspectis fontibus, secutus, Hares.* P. II. L. XVII. C. V. §. 18. p. 468. eundem errasse errorem, deprehenditur. §. 4. historia haec ipsis ex fontibus et partium scriptis aduersarum dilucida-

lucidatur. α) Euenius d. XX. Nou. 1622. theses propounit ad disputandum auctoritate adprobatas publica. β) quinta ex his definit Theologiam, cum D. Meisnero, per habitum, qui etiam in non renatos cadat, et cum impietate consistere possit. γ) Cramerus, Hofmanni et Schillingii addictus placitis hoc serio negare sustinet. δ) Euenius natus Nauenae in Marchia, Facult. Philos. Vitemb. Assessor ab A. 1611-1613. non otio, aut Baccho, sed bonis se dedit artibus, et habbitis XLVI. Disputationibus, se uerum Facult. Philos. praestitit Assessorem. Constitutus est. Ν) Scholae Halens. Δ) Magdeb. Rector Ι) Gymnasii Reualiens. Rector et Theol. Professor. Τ) Consiliar. Eccles. S^{ancto} Vinariensis. praecipuus operis bibliici Vinariensis suscipiendi auctor, ε) Cramerus A. 1582. humili loco nat. in pago Heimersleben, prope Magdeburg. Hannouerae audiuit Christ. Bechmannum, Petri Rami asseclam, in Academia Iulia literis operam dedit, et hinc uocatus est, Ν) Scholae Quedlinburg Rector, Δ) Pastor Magdeburgensis, Ι) ad aed. S. Iac. Past. Magdeburg. Inuenitur in Iac. Martini, et Magdelurgi errorem de duplice ueritate Philosophica et Theologica, inter se pugnante, ab ipso licet auctore a. 1601. publice agnatum et correctum, a. 1617. recoquere coepit in disput. suar. Fasciculo, cui opposuit Martini a. 1618. den Vernunfts-Spiegel, quod scriptum Cramerus suscepit, quamquam minus feliciter, refutandum, in Access und Antritt it. in scripto: Erster scheußlicher Fleck und besslicher Mackel in dem Vernunfts-Spiegel gevviessen, quae contra leges et statuta reip.

Magdeb. sine censura et approbatione diuulgata castigauit Martini im gründlichen Beweß, daß Crameri Access und Antritt sey ein unbesonner Excess und grober Fehlritt. 2) Schillingius Ketzmansbus. Thuringus a puero reuelationes iactauit et fatente, immo praedicante ipso Arnoldo, l. c. p. 485. litem Hoffmannianam restaurauit in Ecclesiae Metaphysicae uisitatione, Honorario Metaphysico etc. a. 1616. concessione et patrocinio Crameri editis. Qua de causa d. 17. Apr. a. 1619. ex Acad. electus Iulia, Magdeburgum se ad Cramerum suum recepit. θεογνωσίας iuit inficias, quod gentiles non tantum idolatria, sed omnibus etiam uitiis se contaminarint, ad quod argumentum Vitebergenses a. 1619. responderunt: a moribus peruersis ad negationem θεογνωσίας non ualeat consequentia. Idem Schillingius omnem ueram notitiam de Deo reuelatam et theologiam impiis denegabat in Praef. libelli Vnüberwindlich festes Grund-Büchlein, Theologis Viteberg. et Giessens. dedicati; Sōciī ipsius erant Ioh. Angelus Vergenbagen in octo orat. Helmstadii habitis et Magdeburg. sub tit: Verus Christianismus, fundamenta religionis nostrae continens editis. Io. Schraderus, Pastor pagi Aluensleben in fustibus Aluenslebiens. der Aluenslebische Prgüel und Knüttel, auff zweene Passqvillenmacherische Stadt-Esel zu Magdeburg, nehmlich einen halbgewachsenen bey der Pfarre zu S. Iacob, und einen vollständigen an der Schulen daselbst etc. Magdeb. 1624. §. 5. Autor monet, Cotzibuum interloquio suo litem componere

ponere studuisse, prouocando ad ipsius Diaboli rerum sacrarum notitiam, §. 6. de disputantium conqueritur affectu et inuidia, annexo praeclaro Petri Moselani ex orat. *Disput. Lips. d. 27. Iun. a. 1519. Eccium inter et Carolstadium habitae premissa*, monito. §. 7. Eodem in argumento pergitur, ubi praesertim auctor notauit infensissimum Crameri odium, quod Cotzibuum et Euenium habitualistarum nomine inuidiose perstinixerit, Vid. *Crameri Concion. Paschal. sub. tit. Oster-Schatz editam, et Minist. Magdeb. in Controu. Crameriana, p. 99.* §. 8. rixarum et controuersiarum causa non in affectu cleri, siue orthodoxorum, uti sensit *Christ. Thomasius*, sed in ueritatis uerbo Dei et libris Symbolicis per omnia conformis impugnatoribus quaeritur, et exemplo Crameri egregie illustratur, noua semper affectantis. §. 9. Responsi Helmstadiensis et Vitebergensis, quod sibi Cotzibuius et Euenius expetuerant, mentio fuit iniecta, ubi sigillatim Vitembergenses theologiam sensu strictissimo, pariter ac usitatissimo, acceptam, pro eruditione et facultate, qua prompti sumus ad docendum in ecclesia aut academia, uiam ueritatis coelestis, tam quoad fidem quam opera, et ad arguendum contradicentes, etiam in hominem non renatum cadere affirmarunt, et ad Crameri quaestionem: quae sit causa operans et habitum Theologiae subiecto imprimens? responderunt: Spiritus S. per Sacram Scripturam docens et imprimens homini attento notitiam de Deo, quae illi salutaris esse potest, et fundamenta errores

contrarios confutandi subministrans, quantumuis ipse thesaurum huius cognitionis sibi salutarem non efficiat, et seruus sciens uoluntatem Domini, eandem non faciat. *Luc. XII. 47. et 2. Petr. II. 21.* §. 10. Discrimen, quod inter responsum Euangeli-
cum et Romanum intercedit, attenditur. Nem-
pe Papa R. in decretis suis pro norma habet ἀν-
τικοφήν πατροπαράδοτον. 1. Petr. I. 8. h. e. ma-
iorum traditiones. Nos pro norma agnoscimus
solum Dei uerbum, *Ef. VIII. 20.* Pontifex R. ra-
tione finis in decretis suis intendit coecum assen-
sum et obsequium, quaerere iubet non in consensi-
one decretorum cum uerbo Dei, sed in priuilegio
infallibilitatis praetenso. Sed nostra responsa pro
fine habent διδασκαλίαν καὶ ἐλεγχού, non pro-
pria ipsorum, uerum Scripturae Sacrae auctorita-
te niteptem, 2. *Tim. III. 16.* Absurditatem Ponti-
ficiis R. probat auctor 1.) ex confessione fidei R. no-
mine Mauritiij Vilhelmi, *Duc. Sax. 1717. ad Ponti-
ficos transgressi, Moguntiae edita:* Wir bekennen
und gläuben, daß der Pabst alles, was er neues stiftet,
es sey in, oder ausser der Heil. Schrift, was
er auch anbefohlen, vvahrhaftig als Gottes Wort,
und als die Gebothe Gottes zu halten, 2.) ex Con-
stit. *Vnigenitus, de qua Cardin. Bussus collegit iudicia*
Bruxellis, a. 1718. a. c. Episcopus Parnomitanus p. 62.
intellectum captiuare iubet ad Petri Cathedrae obse-
quium. *Archiep. Trenin. p. 94.* infallibilitatem Papa-
iem semper religionis catholicae fundamentum fuil-
se, adfirmat. *Aead. Colon. p. 162.* sufficere censet, quod
Papa

Papa loquatur et ecclesia taceat. *Archiep. Caesaraugustanus* p. 200. postulat, ut constitutio Vnigenitus creditur esse scriptura diuinatus inspirata. *Episcop. Pacis-Augustae* p. 272. miratur, quenquam dubitare de eo, quod Papa definuerit, cum Deus ipse uoluerit, ut lex egrediatur e Sion etc. §. 11. rationes pensitantur, cur controuersiae debeant a Theologis decidi, ubi auctor monet, ecclesiae ministros esse ἀνθρώπους τῷ θεῷ 2. Tim. III. 17. et uerba *Io. Seb. Mülleri ex Annal. Sax. ad a. 1576.* allegat: Den 13. Febr. vvirde zu Lichtenburg zzwischen etlichen Theologis, um einen Vergleich in der Religions-Streitigkeit zu treffen, ein Synodus gehalten. Vor Antritt desselben aber, vermahnete der Churfürst selbst, in hoher Person, selbige samt und sonders mit allem Ernst: Dass sie alle Affecten bey seite setzen, und ihre Consilia, ohne Ansehung einiger Person, allein Gott zu Ehren, und der gantzen vverthen Christenheit zum besten, richten mögen. Zeit vvirender dieser sehr vвichtigen Berathschlagung, hat der Churfürst, nebst seiner Gemahlin, vvenn die Theologi gleich in der Conferenz beysammen gevvesen, allezeit in seinem Cabinette auff den Knien gelegen, und mit hertzlichen Seuffzten Gott inniglich angerufen etc. §. 12. Executio decisionis theologicae diuiditur in primariam, internam, spiritualem, et in secundariam, externam et ecclesiasticam, alias formalem dictam, de qua et §. 13. fusius agitur. §. 14. Contumacia Crameri, qua nec monitis nec petitis, nec consiliis, aures praebens, constitutio-

nibus ministerii ecclesiastici quater et amplius obstrepuit, castigatur. Vid. *Minist. Magd. in controv. Cram. p. 106.* §. 15. et 16. Scripta partium recensentur aduersarum, §. 17. exitus huius controuersiae iudicatur incertus, ubi *Arnoldus, l. c. p. 485.* per errorem Cramerum uocat Antonium, additque, Cramerum ab officio fuisse remotum, et item Bergnerus ex ore Nepotis Euenii acceptum refert: *Cramerus sey ihm, dem Euenio, nach Er-öberung der Stadt Magdeburg, auf dem Markt zu Lübeck in einem rothen Futterbembd, und sonst arm-seliger Gestalt, entgegen gekommen, hätte ihm die Hand gehothen, und sich also mit sehr beweglichen Worten verglichen.* §. 18. Litis huius post diuidium seculum renouatio commemoratur, Controuersia Io. Musei et recentiorum artingitur, nempe *Museus impio Theologo reliquit inhaerentem et actualem Spiritus S. gratiam, sed theologiam assen-su diuino destitutam habitum naturalem dixit Introd. p. 191.* Spenerus in *piis Desider. p. 134.* et in *Theos. P. I. p. 13.* in hominibus malis notitiam rerum diuinarum theologiam esse, negat, sed, philosophiam de rebus sacris potius appellandam, censet; *Crassiores Pietistae nec logice, nec metaphysice ueram, sed fal-sam, fallacem, sterilem, nugacem, diabolicam dice-re non erubescunt.*

Cap. II. Dogmaticum est §. 1. sistitur scopus tractationis, §. 2. et 3. status controuersiae, ratione subiecti et ratione praedicati ex scriptis Magdeburgensibus hac in causa utrinque editis recensetur,

setur, cumque duplex controuersia Cramero cum ministerio Eccles. Magd. fuerit, una de natura Theologiae, utrum sit habitus, altera de subiecto eius, siue utrum cadat etiam in irregenitos, prior, ut a praesenti instituto remotior, hic seiungitur, qua posteriorem uero $\alpha)$ distinguitur Theologia, ut dominum Spiritus S. administrans a fide iustificante (quam distinctionem *Georg Calixtus*, fortassis auctor responsi Helmstad in *Apparatu Theol. p. 7.* explicat,) non hanc quidem, sed illam tamen cum impietate aliquando consistere posse, Magdeburgenses affirmabant, id quod Cramerus negabat. $\beta)$ Theologia uera a falsa et haeretica, de illa, non de hac quaeritur. $\gamma)$ Habitus theologiae comprehendere dicitur 1) notitiam acroamaticam naturae et uoluntatis diuinæ, 2) idoneitatem notitiam hanc ad communes ecclesiae utilitates per actus ministeriales conferendi. Vtramque Cramerus theologo irregenito denegabat, sed collegae eius, adserebant, $\delta)$ Notitia intelligitur simplex et proprie dicta emphatice talis uocabulo regenerationis, ex mente aduersariorum latius accepto, quae duo subinde Cramerus confudit. $\epsilon)$ Notitia hae cadere dicitur in irregenitum et qua acquisitionem, et qua constantem et habitualem possessionem, sed Cramerus, regenitum post admisum peccatum, ueram amittere theologiam contendebat. $\zeta)$ Non quaerebatur, utrum uera notitia uoluntatis diuinæ cum sincera pietate coniuncta esse debet, sed an ab ea seiungi, et, ubi de facto seiuncta est, uera manere possit.

¶ 4. Magdeburgenses ueritatem Theologiae in
impiis contra Cramerum asseruerunt (α) dictis Scri-
pturae, *Pf. L. 16. Mat. VII. 22. XXIII. 2. Luc. XII.
47. Rom. II. 17. 18. 21. sqq. III. 3. XI. 29. 2. Cor. II.
17. Pbil. I. 15 - 18.* (β) exemplis Scripturae, *Pbari-
saeorum, sacerdotum et scribarum, Episcopi Sardia-
ni, Iudei etc.* (γ) argumentis petitis a natura uer-
bi diuini, theologiae uerae origine diuina et effectu
spirituali, (δ) absurdis contrariam consequentibus
sententiam. §. 5. Doctrinam suam Ecclesiae Chri-
stianae et Euangelicae communem esse demonstra-
runt testimoniis, 1.) patrum, eorum in primis, qui
Sec. IV. Donatistas refutarunt, 2) librorum sym-
bol. principum et doctorum, qui constanter eun-
dem in Anabaptistis Schwenckfeldio, Rathmanno,
Hoffmanno etc. tanquam fanaticum, damnarunt,
et proscripterunt. §. 6. Auctor de nouis et singu-
laribus opinionibus, communi ecclesiae doctrinae
aduersis, disserit. §. 7. respondet ad obiectiones
Crameri. Obi. prima: Theologia haec relinquit
hominem in regno Diaboli, Resp. id non sit per
se, sed per accidens, propter propriam hominum
malitiam. Obi. secunda: Quicquid est in irrege-
nito, id non est spirituale et diuinum, sed carnale
et diabolicum. Atqui uera Theologia est spiri-
tualis et diuina etc. E. non datur in irregenito. Resp.
negando propositionem. Obi. tertia: Sententia haec
securitatem carnalem alit, et theologos hypocri-
tas reddit etc. Resp. contrarium demonstratur ex
Luc. XII. 47. 48. Job. X. 22. etc. §. 8. momen-
tum

rum expenditur controuersiae , quia per Crameris
opinionem ex una parte gloriae Dei et uirtuti uer-
bi eius detrahitur, ex altera parte fides ac salus ho-
minum periclitatur. §. 9. Utilitas repetitae huius
controuersiae ob oculos ponitur. §. 10. Erroris Cra-
meriani, nostra memoria renouati, pertinax nota-
tur defensio, quam primus inter Aug. Conf. so-
cios suscepit D. Spenerus, una cum amicis i-
psius. Eum primus hoc in argumento refutauit
Georg. Conr. Dilfeldius, *Northusanae Ecclesiae*
minister, in *Theosophia Horbio - Speneriana A. 1679.*
edita, cui Spenerus A. 1680. opposuit libellum sub-
tit. *Allgemeine Gottes-Gelahrtheit*. Hinc Spenerum
erroris admonuerunt theologi Vitenbergenses in
der *Christ-Lutherischen Vorstellung*, et errorem a
Spenero, per distinctionem inter habitum et doctri-
nam theologiae, alienissimo loco adhibitam, quasi
uidelicet haec tantum, non uero ille, in irregeni-
tos cadat, male et infeliciter excusatum esse, de-
monstrauit *D. Ioh. Deutschmannus in der Antwort*
über die *Christ-Lutherische Vorstellung*. Spenerum
sequebatur uniuersus Pietistarum coetus, ubi com-
memorabilis est formula promissionis candidatis mi-
nisterii, ante aliquot annos , in Pomerania ulterio-
ri, praescribi coepit: *Ich unterschriebener gelobe*
und verspreche hiermit und in Kraft dieses, daß ich
D. Fechtens Principia de illuminatione impiorum, et
fide sine operibus der mir anzuertrauenden Gemein-
de nicht vortragen, sondern das Gegentheil lehren,
in solchen Puncten des seel. D. Speners, und ande-

rer

rer Gottesfürchtigen Lehrer Meynung annehmen, und der Gemeinde bekand machen will, weil selbige als Göttliche Wahrheit gemäß, erbaulicher, und mebr zum thätigen Christenthum abziehlen --- wiedrigen Falls und da in einigen von obigen Puncten einer contrauenienz überführret werden könnte, ich nicht allein mich harter Beabndung, sondern gar der suspension und remotion unterworffen und schuldig balten will. Stargard, d. 15. Jun. 1714. §. II. et 12. auctor refert, quod Breithauptius a Fechtio, Zieroldus a Buchero, usque ad conscientiae conuictionem refutati, tandem conticuerint, sed unus Ioa-ach. Langius errorem continuet. Octo hic Langii recensentur errores, quos inter I. est circa sensum Scripturae literalem, hermeneutice acceptum, unicum, eundemque simul spiritualem et supernaturalem, II. circa uerbum Dei scriptum, lectum praedicatum, consideratum efficax et ordinarium medium conuersionis et salutis, III. circa id, quod Spiritus S. per uerbum in corde omnium hominum id considerantium operetur, IV. circa ordinem et certos gradus huius gratiae Spiritus S. efficaciter operantis gradus, quas nempe ueritates Langius impugnauit olim, nunc autem nostratisibus concessit. Praeterea auctor hic monet, quod Hen- ricus Morus Spinozam, ob eundem errorem, castigauerit his uerbis: *Scripturam desinere esse sacram, prob insaniam!* affirmat (Spinoza) si nos desini- mus esse pii, id profecto aequa stolide dictum est, ac si quis demonstrationes Euclideas ueras esse ne-

garet, si nos eas negligeremus. Denique subiicitur. §. 21. Langium errores VII. et VIII. prioribus superstructos denuo defendendos suscepisse, uocando notitiam ex uerbo Dei haustam mere naturalem ac nude literalem: ad omnem ueram theologiam et illuminationem praerequirendo poenitentiam et renouationem, statuendo, impii notitiam nec logice, nec metaphysice, omnium minimae theologice, esse ueram. Auctor hic distinguit 1) illuminationem simplicem, siue intellectus, a composita, emphatica, seu uoluntatis, quae simul τὸ ἔναρι ἐν Φωτὶ, καὶ τὸ περιπατεῖν ως τέκνον Φωτὸς comprehendit, i. Ioh. II. 9. Epb. V. 8. 2) primam a secunda seu uberiori illuminationis gradu, ad emphaticam seu secundam requiri poenitentiam et renouationem, si quis diceret, auctorem non habebit dissentientem, modo illuminationem primam et proprie sic dictam, non omnibus irregenitis, prorsus denegauerit. Interm in impiis Theologiae reuelatae notitia uera dicitur et spiritualis ratione α) originis et causae efficientis, quae est Spiritus S. β) obiecti, quod est sententia Spiritus S. γ) finis intenti et effectuum spiritualium ac supernaturalium, cuiusmodi sunt conuersio, regeneratio etc. Denique notatu dignissimum, quod antibarbarus sensum literalem grammaticae talem, qua uoces extra contextum spectantur, confuderit cum sensu literali hermeneutice tali, qua uoces intra contextum orationis Θεωρεύσαι, in tota serie considerantur. Non hic, sed ille,

ille, quod notent sibi dissentientes, nude literalis, mereque naturalis dici potest. §. 13. Dissentientes quidam refutantur ex concessis, quia concedunt 1) unicum scripturae sensum, eundemque simul literalem et spiritualem, necesse est, irregemnitum, qui habet sensum literalem, simul etiam habere spiritualem, 2) quia medium conuersionis et salutis non est mere naturale, sed potius supernaturale, et spirituale, atqui notitia impii, siue uerbum Dei (qua sensum suum, ut ait Langius, γραμματοπνευματικόν) est medium etc. quia 3) ad medium conuersionis ut causa praerequiri non potest effectus eius, puta conuersio et renouatio, quia 4) Spiritus S. cor hominis conuertendi tangit, et denique 5) quia dissentiens certos gradus gratiae concedit etc. §. 14. paelectiones theologi cuiusdam academicae, contra Aphorismos D. Neumannii antipietisticos de theologia hominis irregemnit exanimantur, ubi auctor scribit 1) *Quoniam uero aphorismi illi eundem errorem confutant, quem superiori seculo a Theologis Magdeburg. et quidem iisdem fere rationibus ac testimonii scripturae sc. cum totius ecclesiae euangelicae consensu rejectum, in Aug. Confessione et Form. concordiae damnatum, et speciatim ab illustrissimis Saxoniae principibus, Ernestinae propaginis, tanquam fanaticum et Schwenckfeldianum, publice proscriptum esse, uidimus: credere uix fas est, eum a theologo Euangelico, qui praesertim in publicis scriptis eum nondum professus est, auditoribus in spem patriae et eccl-*

ecclesiae adolescentibus instillari etc. 2) obiectiones huius theologi refellit, quas inter prima ita se habet: *Diejenige, welche den H. Geist in sich nicht vvohnend haben, ja demselben vviederstreben, die können auch keinen habitum Theologiae in sich haben.* Atqui die unvviedergebohrne etc. Resp. auctor 1) dist. inter gratiam Spiritus S. inhabitantem, quae iustificationis consequens, et assistentem, quae iustificationem antecedit, *Apoc. III. 20. Cant. V. 2.* a negatione gratiae inhabitantis ad negationem omnis gratiae, etiam docentis, et assistentis, non ualeat consequentia, 2) dist. inter gratiam praeuenientem, praeparantem, perficientem, cooperantem etc. Secunda: *Diejenige, so den Geist der Wahrheit nicht empfangen können, sind auch keine vvahre Theologi etc. ex 1o. XIV. 17.* Resp. dantur α) cupiditates mundi 1. *Iob. II. 16.* β) errores mundi 1. *Cor. I. 20.* quibus πνευμα τῆς αληθείας h. l. opponitur, qui utroque sensu sunt filii huius mundi, toti, et simpliciter carnales, et ψυχικοί, 1. *Cor. II. 14.* non tantum qua uoluntatem, sed et qua intellectum *Eph. IV. 18.* uti pagani, qua tales, illi utique non sunt ueri Theologi, sed theologos irregenitos tales esse, negatur: Quarta ex 1. *Ioh. IV. 8.* *Wer Gott nicht kennt, kan kein vvahrer Theologus nicht seyn.* Atqui ein irregenitus E. Resp. inter cognitionem Dei simplicem proprieque sic dictam, et affectuum et emphaticam, illa, non haec cadit in irregenitum. Contraria sententia Schwenfeldiana est. *Gerhardus in Harm. Euang. ad Iob.*

XIV. C. LXXVI. p. m. 1309. neruose et perbelle: *per γνώσην non intelligitur nuda et simplex notitia, sed affectiua, cum desiderio, adprobatione et dilectione coniuncta.* I. Job. IV. 8. Vid. M. VII. 23. Io. X. 14. 27. XVII. 25. etc. Obi. quinta ex Tit. I. 1. 2. Derjenige, der die Erkäntniß der Warheit secundum pietatem, in der Hoffnung des evvigen Lebens bat, der ist allein ein uvaßerer Theologus. Atqui ein regenitus etc. E. Man kan auch das Argument so machen: Derjenige, der nicht hat eine Erkäntnüss der Wahrheit secundum pietatem. Resp. *κατὰ h. l. (aeque ac 2. Tim. I. 1. et 1. Tim. VI. 3.)* uti monet Grotius et Calouius ad 2. Tim. I. 1. non statum et conditionem subiecti, euangelium annunciantis, sed materiam et finem apostolatus innuit. Cur aduersarius Neumannianus non retinuit uersionem Lutheri optimam: *Erkäntnüss der VVahrheit zur Gottseligkeit?* Cur non ex mente Spiritus S. argumentatur: Quicunque non habet cognitionem ueritatis, ad pietatem ducentis, et promittentis uitam aeternam, ille non est Theologus. Sic enim negatur assumtio. §. 14. fistitur conclusio paraenética. De cetero auctor singula momenta per totam Dissertationem probat ex fontibus et scriptis authenticis, innexis et adiectis copiosissimis observationibus eruditionis solidae plenis, dignis adeo, quae ad uerbum adpomerentur.

Monumenta quaedam, ad historiam controvrsiae Magdeb. de Theologia irregeniti spectantia, ante oculos fistunt I. Cotzibuuui et Euenii Quæstionem

stionem Theologis VVittebergensibus et Helmstadiensibus propositam , II. Responsum Theologorum Helmstadiensium generalioribus saltim uerbis conceptum, cl^o loc^o xxiii. d. 24. Mart. III. Responsum facultatis Theolog. VVitenbergensis 16. Febr. MDCXXIII. accuriori elaboratum studio, planum, ab soliditate commendatissimum. Pii maiores nostri uocem θεολογίας sumunt 1) γενικῶς et ὡς ἐν πλάτει, in latiori significatu, pro salutari cognitione Dei, in milites, mulieres, imo omnes homines, notitia sufficiente atque necessaria ad salutem imbutos, cadente promiscue, siue fide salutifica credant, pie que uiuant, siue non, 2) ἴδιως, sensu strictiori, pro εὐσέβειᾳ, quae est solius ueri Christiani, unde hac significatione Christianus et Theologus dicuntur ἰσοδύναμος, 3) strictissime pro theologia acroamatica, id est, facultate docendi etc. ubi Theologus differt a milite, medico etc. Iuxta primum et secundum sensum Theologia non requirit habitum Tit. I. ab Apostolo notatum, estque magis θεοσέβεια, i. Tim. II. 10. Io. IX. 31. quam Theologia. Iuxta tertium Theologia nihil aliud est, quam iste habitus, quo in praesentiarum accipitur, ubi attingit habitualem notitiā, tum theoreticā, tum practicā, ita tamē, ut iuxta thesin propositam per practicā notitiā intelligatur non ipsa Theologi uita, sed notitia informandi populum de uita pie instituenda, et facultate corrigendi illius errores atque naeuos. Tandem remouentur obiectio[n]es Crameri, quarum mentio iam supra a nobis est iniecta. IV. Er-

stes Klag-Schreiben Cotzibuuui und Euenii an das Magdeburgische Ministerium Magdeb. d. 17. Apr. 1623. Subnectuntur sub huius dissertationis finem emendanda et supplenda, una cum dissertationis conspectu. In supplementis auctor, Cramerum post excidium Magdeburgense in ciuitate Muhlhusina munus antistitis sacrorum obtinuisse, mox 1634. functionibus sacris interdictum, nec nisi post duorum annorum spatium in integrum restitutum esse, ex *Antiquo-Nouis Theolog.* A. 1713. p. 526. et A. 1714. p. 253. sqq. et p. 595. sqq. refert. Obiit tandem Cramerus a. 1640. ut discimus ex catalogo Antistitum Muhlhusinorum iisdem *Antiquo-nouis inserto* p. 505.

Contra hanc dissertationem prodiit Ienae scriptum sub titulo: *Nodus in Scirpo quaesitus*, at non inuentus, i. e. *Innocentia Theologi summi IO. FRANCISCI BVDDEI, SS. THEOL. D. ET EIVSD. IN ALMA SALANA P. P. O. in Dissertatione Vitembergensi Anno MDCCXXII. die 20. Nou. Sub praesidio Celeb. D. IO. GVIL. IANI, in memoriam secularem controversiae Magdeburgensis de Theologia Hominis irregeniti habita Sectione dogmatica, §. XIV. inique lacesita, sed solide vindicata a CAROLO BENIGNO GRATIANO, Veritatis Studioso. Ienae prostat apud Henricum Christ. Crökerum, Bibliopol. 1723.*

Auctor, qui lucem fugit, huius scripti Buddeum contra criminationes solide, ut ait, vindicaturus, nihil per totum tractatum agit aliud, quam ut, Ienae

nae errores illos maturitatem assecutos esse, prodat, et rumor hinc se per coetum Euangelicum longe diffundat. Multum laboris et negotii sibimet ipsi faccessit, ut Buddeum ex Schwencfeldii et Crameri explicet placitis, sed ipsum opinionis huius erroneae suspicionem incurrere, atque conuinci posse postulati, paginae tantum non omnes loquuntur, ad quam rem legentes magnam in admirationem rapiuntur. Evidem singula scripti momenta perlustrare, atque tot a ueritate alienissimas hypotheses sub incudem reuocare, nimis hic prolixum foret. Breuitatem ipsa praesentis instituti ratio suadet, nec integros hic tractatus innectere, bibliopolae complacitum fuit. Res ipsa monet. Nam ueritates a D. NEVMANNO adfertae, et a Theologis celeberrimis, nuper admodum a SCHROEERO et IANO, feliciter a dissentientium strophis atque heterodoxia repurgatae, vindicatae, solidique hactenus defensae, tam clare lucent, ut si quis amplius, iisdem cedere, recusaret, de eo spem emendationis omnem prorsus abiicerem. Interim has admonitiones, non ex calamo Doctoris Theologi, sed proprio fluxisse marte, citra monitum, IANI, non ex litigandi, rixandique libidine, uerum ex candido sanctae ueritatis affectu, non contra BVDDEVUM, sed contra GRATIANVM, qui plus simplici uice lacesuit Ecclesiam nostram, tum maxime Doctorem Academiae Vitemberg. omnibus eruditionis, humanitatisque laudibus longe maiorem, religiose testor. Incogitans, absque ulla praemeditatione, scribit: *Evidem, haud inficias ire possumus, id a nonnullis (qui dissentientibus absque causa, haerefeos maculam adspergere, fuerint ausi) ex praecipitancia, dum adcuriori mentis indagine rem non perpenderunt, factum fuisse.* Contra uero alii, praeiudicis praecupati, et affectibus nimium indulgentes, praemeditato studio, haerefeos notam aliis iniurere, atque sic illorum famae et estimationi detrahere, non erubuerunt. Perpicimus sane

ex diui Pauli epistolis, iam apostolorum aeuo, Ψευδαιωνοσόλας eo intollentiae et audaciae processisse, ut non solum famam sancti apostoli minuere, sed et, quod magis temerarium, doctrinae eius derogare, tentauerint. Eadem quoque methodo subsequentibus multi sunt usi seculis, quod per omnium seculorum decursum quamplurimis, facili negotio, demonstrare et testatum facere possemus exemplis, nisi hoc iam superuacaneum iudicaremus. Neutquam uero, inueteratam hanc consuetudinem, post restauratam, B. LVTHERI ministerio, euangelii lucem, euamuisse, sibi quispiam persuadeat, sed omni tempore, in hunc usque diem, quod quidem turpe dictu, uiri etiam celeberrimi, et eruditione insignes reperiuntur, quae uiros doctrinae puritate et uitae integritate claros atque conspicuos aliis suspectos reddere, improbo consilio conati sunt. Hac de re si quis dubitet, eundem ad dissertationem superiori anno sub praesidio Celeberrimi IO. GVILIELMI IANI, SS. TH. D. ET. P. P. Vitebergae d. 20. Nou. habitam, eiusdemque dissertationis sectionem dogmaticam, Sphum praecipue XIV. p. 89. sqq. ablegamus. Exinde certe, antea dictorum ueritas constabit luculentissime. Addit tandem, quod famam BVDDEI, contra hasce criminationes vindicare, apud se constituerit. Sed GRATIANVS ipse, non IANVS noster, BVDDEVVM Theologis et uniuersae suspectum redditum ecclesiae, ipsiusque famam minuit, ascribendo BVDDEO dogmata, quae ne in tyrone quidem quaesieris. IANVS moderatissime, BVDDEO ne nominato quidem, ueritatis diuinae lucem NEVMANNI innocentiam et candorem, contra dissentientis argumentationes, defensum iuit, considerateque, pientissimo studio, his modestiam uerbis declarauit: Credere uix fas est, errorem a theologo euangelico, qui praeferit in publicis scriptis eum nondum professus est, auditoribus, in spem patriae et ecclesiae adolescentibus, instillari. Sicut igitur sincere optamus, ut hanc sententiam

tentiam suam non esse, publice demonstret, ita nihil libentius, quam huiusmodi excusationem, admittemus. GRATIANVS autem ex instituto id egit, omnesque suas cogitationes eo duxit, ut BVDDEVM, qui dudum summam ad eruditionis laudem effloruit, errorum non tantum CRAMERI renouasse, uerum etiam, quid sit *actu primo, in se, ueritas metaphysica*, atque sic amplius, nesciuisse, demonstret, cuius rei ueritas mox luculentissime constabit. Nec IANVS admonitionis gradus, uti GRATIANVS sentit, contra ius diuinum et humanum irritos fecit, sed illum, qui publice errauit, auditoribus publice dogmata Scripturae S. minime conformia sedulo inculcando, publice adhibita circumspetione debita et prudentia, tanto digna Theologo, monuit, ipso auctoris nomine non expresso. GRATIANVS contra sumnum Theologum lacessiuit, postulando ipsum *iniquitatis, praecipitantiae, insolentiae, audaciae, improbi consilii, criminacionum,* atque sic amplius; lacessiuit ordinem Acad. Vitemb. theol. atque adeo omnes ueritatis amantissimos, quorum ορθοδοξίας famam minuere adlaborauit. Ne autem in anteloquio simus multi, aut in lectorem uerborum ambagibus existamus iniqui, statim cardinem rei tangemus, et quod res est, summatim, strictimque indicabimus. Scriptum illud perlustrantibus theses aliquot, quae manifestissimas contradictiones implicant, sponte se offerunt, e quibus sequentes, ut statim, quid de praetensa Gratiani soliditate sit habendum, lecturis haec, adpareat, repetere iuuat.

THESIS I.

Impii notitia non est notitia ueri nominis, est tamen theologia uera et salutaris actu primo, ratione essentiae, siue, quod eodem tendit, me-

taphysice. Prius Gratiani adserum elucescit ex §. 5. uerbis: *Talis impii notitia nondum est notitia ueri aominis*, posterius ex §. 7. Haec impiorum theologia a Neumanno quoque dicitur uiua, efficax, in et per se salutaris, quod equidem uerum est, sed solum in actu primo, non in actu secundo.

THEISIS II.

Theologia impii in et per se, hoc est, *ratione essentiae et metaphysice est uera*. *Theologia impii metaphysice*, hoc est, *ratione essentiae in et per se non est uera*. Prior thesis traditur §. 7. his uerbis: *Ita notitia quidem in et per se uera est et efficax*; posterior §. 6. concedit Buddeus, logice esse ueram, sed non metaphysice. Neque etiam ratione formae irregeniti notitiam ueram esse, a D. Neumanno probatum video. Atque adeo firmiter concludimus, cognitionem hominis irregeniti theologicam non esse metaphysice ueram.

THEISIS III.

Notitia irregeniti logice est uera. *Notitia irregeniti logice non est uera*. Prius effatum constat ex §. 6. Concedit Theologus summis lubentissime, hominis irregeniti notitiam theologicam logice posse esse et dici ueram, si nimirum homo non renatus sibi tales de Deo, rebusque diuinis formet conceptus, qui cum Scriptura concordant, et eosdem ex sacro codice hauserit, modo hi conceptus adcurate diuinis oraculis sint conformes; posterius ex §. 9. Irregeniti neutquam

τὸ πνεῦμα τὸ ἐν τῇ θεῷ acceperunt, sed illi pertinaciter resistunt, ergo et uerum Christi sensum non habent.

Monitum ad SS. Theologiae Studiosos.

Videte, **Commilitones uenerandi**, quantum soliditatis Sapientiae studium adferat Theologis, ac in tractandis controversiis Metaphysicam atque distinguendi rationem bene habere cognitam perspectamque, quantum interst. **Gratiani** industriam et ingenium laudo, sed ubi uel coecos in Philosophia secutus duces, uel doctores nondum penitus assecutus deprehenditur, omnino deplorandus est, maxime cum, *actu primo, in se, ratione formae, metaphysice* ισεδυναμώντα hic esse ex Metaphysica nondum sedidicisse, ostendat. Προτέχετε δὲ απὸ τῶν Φιλοσοφῶν, qui, perutili accuratoris philosophiae studio susque deque habitō, in tradendis sapientiae praeceptis, coecos sibi duces eligunt, et exemplis aliorum, qui ad summum eruditio[n]is solidae fastigium ascenderunt, inuitati, uerae sapientiae placita sequimini, quae uos certe nunquam fallent. Ut uero **Gratiani** errores ex neglecto philosophiae sanioris studio enatos esse, Vobis ad oculum demonstrare possim, subsequentes theses, **Gratiani** animi sensa examus sim exscribentes, breuiter examinandas duxi.

THEISIS I.

Impii Theologia logice quidem est uera, sed non metaphysice, nec notitia ueri nominis dici potest.

Prob. I. *Quia ad metaphysice uerum requiritur, ut aliqua res gaudeat praesentia essentiae rei inesse debitae, siue, ut res omnia habeat ea; quae ad eius essentiam omni-*

bus numeris absolutam, requiruntur. Iam si ad applicationem ad theologiam instituamus, ad eius ueritatem, iuxta Sacrae Scripturae tenorem requiritur, ut Spiritus S. eandem sit operatus, ut actu se se exerat in eodem subiecto, uerbo, ut notitia simul praxin, quam Spiritus S. est operatus, habeat sibi coniunctam.

Resp. 1. Kατ' ἀνθρωπον, deducendo GRATIANVM ad absurdum: Systema theologicum BVDDEI non habet sibi coniunctam εὐσέβειαν, nec BVDDEVS illi innexuit, nec annexuit amorem christianum, nec praestitit hactenus opera charitatis, nec ipsum credidit in Seruatorem, E. non habet ueram theologiam. Indirecte GRATIANVS, BIBLIA ueram continere theologiam negat ac pernegat, quia certe BIBLIA GRATIANI nec DEVVM amant, nec proximum, nec credunt in optimum Seruatorem Iesum Christum. Videt hinc GRATIANVS, quod pietas, siue εὐσέβεια, metaphysice, siue essentialiter, non pertinere possit ad ueram theologiam, quia potest abesse in Bibliis, libris Symbolicis, omnibusque Systematibus, salua manente rei, id est, ueritatis metaphysicae, essentia.

Resp. 2. Kατ' ἀνθρωπον, ex concessis, quia, iudice ipso GRATIANO, uera est in se, item ratione subiecti actu primo, E. et ὄντως, κατὰ κτῆσιν, ratione essentiae et existentiae, hoc est, metaphysice. Haec enim singula eodem redeunt. BVDDEVS ipse, quem Gratianus inspicere debuisset, Phil. Instr. P. IV. C. IV. §. I. p. 286. testis est, cum ait: *Actus aut ad existentiam, aut ad operationem resertur, priori modo actu aliquid est, quod non tantum esse potest, sed re uera etiam est, posteriori modo ipsa operatio actus nomine uenit. Eum diuidunt in primum et secundum, per illum ipsam rei essentiam (essentia autem est ueritas Metaphysica) ab actuali-*

actuali operatione, quam tamen respicit, praecisam, intelligentes. Addo, quod cum dicatur Theologia irregeniti logice uera, eandem quoque oporteat statui ueram metaphysice. Nam ueritas in essendo, siue metaphysica, semper Philosophis fuit fundamentum ueritatis in cognoscendo, siue Logicae. Conceptus adcuratissime cum intellectu diuino conuenientes, quos GRATIANVS largitur irregenito, non ueri sunt propter νοηματα, hoc est, propter cognitionem, seu notitiam Logicam, sed propter ueritatem rei cognitae, quia νοηματινως, logice ita res concipitur, prout existit κατα περιγρα metaphysice, ac proinde necessario sequitur, talem Theologiam posse salutari notitiam ueri nominis. Finge, GRATIANVM esse Theologum, atque hunc conceptum adcurate cum re conuenire concepta. Nonne sic possis ipsum condecorare nomine ueri Theologi, quod tamen ultimum denuo ipse negat ac pernegat GRATIANVS, adserendo, sic logice quidem se habere ueram Theologiam, uerosque conceptus cum intellectu diuino adcuratissime conuenientes, non autem possidere ipsum Theogiam ueri nominis.

Resp. 3. Κατ' αληθειαν. Πρωτον Ψευδος est, quod GRATIANVS, praeter neglectum Metaphysices studium, committat fallaciam non causae formalis, ut cause formalis, habendo, contra philosophorum principia uniuersim hactenus comprobata accidentis separabile pro forma rei, extraessentialie, pro differentia specifica, seu parte essentiali constitutiua. Praxin uero sensu GRATIANI acceptam ratione Theologiae accidentis esse separabile et extraessentialie quid, in responsione statim prima indicauimus, cui argumento nihil reponi potest.

Resp. 4. Κατ' αληθειαν. Committit GRATIANVS fallaciam compositionis, atque simplicem notitiam, siue ratione intellectus, non distinguit a composta, siue

sive ratione intellectus et voluntatis simul. Juuenis, qui de facie nouit uirginem deformem ac monstram, uere, qua simplicem notitiam, cognoscit illam, etiamsi notitia haec nec cum matrimonii contrahendi desiderio, nec cum amoris christiani affectu sit coniuncta. Fundamentum distinctionis inter notitiam simplicem et compositam, uel ex uocibus γνῶσην et γνώσκειν, quae hinc *kennen* simpliciter, hinc *erken-uen* emphatice, tam apud scriptores sacros, quam profanos, denotant, eluescit.

Resp. 5. Κατ' ἀληθειαν. Notitia in genere ratione formae consistit 1) κατ' ἀρσην, remotive, in absencia ignorantiae compositae, quam BVCHERVS in *Metaphys.* p. 81. ad priuationem habitualem cum Philosophis reducit, 2) κατὰ θέσιν, positive, in adessentia habitus uel theoretici, uel, ut in Theologia supernaturali, practici, qui sumitur hic non pro uita Theologi, sed pro doctrina fidei ἐνέργειαι ac praxi pietatis tradente, siue pro doctrina non theoretica, uerum practica. Vitae autem sanctitatem sensu niempe dissentientis acceptam ad Theologiae formam reducere, ridiculum foret et contra rectae rationis ductum, quod ex Resp. 1. et 3. luculentissime constabit.

Prob. II. Quia definitio ipsa, ipso etiam Scripturae stilo Tit. I. i. pietatem indissolubili nexu essentialiter, et ut partem absolute ad ueritatem Theologiae metaphysicam necessariam, cui notitia, seu scientia practica, coniungit.

Resp. 1. κατ' ἀνθρωπον, ex concessis, quia in se, actu primo, logice est uera Theologia irregeniti, E. et metaphysice et ratione definitionis notitiam practicam habet impius Theologus. Nam Theologia reuelata in se et actu etiam primo, quam GRATIANVS concedit, est notitia practica, siue habitus practicus. Definitio logica absolutitur conceptu generico, seu genere,

nere, quod hic est habitus, ac specifico, siue differentia specifica, non ab accidentibus, aut propriis, sed ab ipsa forma et essentia rei petita, id quod tyroni, qui per transennam inspexit Logicam, extra omnem dubii aleam est positum. Hinc argumentor: Cui competit definitio, illi competit etiam definitum, atqui Theologiae irregeniti competit definitio, E. et definitum, atque sic irregeniti Theologia ueritatem habet metaphysice, cum definitio strictissime sumpta et essentia heic *ἰστοδύναμις* sint, 2. est ueri nominis, quia *in se*, metaphysice, uniuoce faciunt idem, conceptus autem uniuocus et nomen et essentiam rei importat. Maior sua luce radiat. Minorem concedit Gratianus, dum statuit, conceptus irregeniti cum intellectu diuino adcuratissime conuenire, Theologiam irregeniti *logice, ac in se*, id est, qua conceptum et ratione essentiae ueram, (en differentiam specificam, quae ipsam, formam et essentiam rei impli- cat.) Sed conclusionem negat, quanquam uere fluit ex ueris praemissis, illudque nullo alio ex capite, quam quod eam hypothesi ipsius contrariam esse iudicet. Theologia igitur irregeniti est ueri nominis, quia ipsi non tantum nomen, sed etiam definitio Theologiae conuenit.

Resp. 2. *κατ ἀληθείαν*. Scriptura nunquam in definienda Theologia exercitium pietatis, ceu accidentis separabile et extraessentiale quid, ad differentiam, ut ait Logicus, specificam, nunquam ad definitionem siue formam, hoc est, minime inter partes essentiales constitutias, ut Methaphysicis loqui moris est, retulit. *Essentiis enim rerum nihil addi, nihil demin potest, quod sit essentiale, manente una eademque essentia.* *Essentiae rerum sunt aeternae.* Deus ipse ueracissimus et immutabilis, cui placuit ab omni aeternitate et a mundo inde condito, ut ratione formae Theologia consisteret *κατ' ἄρσην*, in absentia ignorantiae compositae, *κατὰ θέσην*, in adessentia ha-

bitus

bitus practici, qui complecteretur γνῶσιν, non Θεωρητικὴν, sed πρακτικὴν, id est, ad praxin directam et ducentem. Vtrumque inuenire licet in Theologo irregenito, E. habet ueram theologiam ratione formae ac metaphysice, perinde ac Systema, quod tradit tam credenda quam agenda, κατ' ὑποτύπωσιν τῶν ὑγιαινόντων λόγων, licet ipsum nec credat in Christum, nec opera exerceat charitatis, salua interim manente ueritate et theologica et metaphysica.

Resp. 3. *Κατ' ἀληθείαν.* Committitur fallacia a dicto relative ad dictum simpliciter. Ad Theologum pium qua talem, hoc est, relative spectatum, requiritur εὐσέβεια κατὰ πρᾶγμα, distinctione hac sensu GRATIANI sumta, sed non ad Theologum simpliciter consideratum, ad quem constituendum sufficit notitia practica, κατὰ δόγμα, quae est ἐπίγνωσις τῆς ἀληθείας τῆς κατ' εὐσέβειαν, quanquam, quod non dissimulamus, sanctitas uitae Theologorum multum utilitatis Ecclesiae adferat, ac proinde omnis uerbi diuini minister τύπος esse debeat ποιηνίς, nempe ratione praecepti diuini 1. Petr. 5. 3.

Resp. 4. *Κατ' ἀληθείαν.* Euσέβεια Apostolo hic non significat charitatem, aut bonorum operum exercitium, uti multis est persuasum, sed fidei ac amoris ἐνέργειαν Christiani, ein lebendiges und thätiges Christenthum, Θεοσέβειαν, qua meritum Christi uera apprehendimus fide, ac in renouatione sancte uiuimus. Ad hanc dicit notitia Theologi irregeniti auditores salutariter, licet ipse Theologus neque fiducialiter credat, neque pie uiuat, quia notitia haec, consentiente GRATIANO, uiuax atque salutaris est. Vnde κατὰ omnium optime transfertur finaliter, qua finem intentionis, et, ratione multorum auditorum, consecutionis, per ad, cum Lutheru zur Gott-felig-

seligkeit. Quod si etiam *natura* interpreteris *norma-*
liter ac *objiective* per *secundum*, Gratianus, qui *naturā*
ἐνσέβειαν praeter rem et usum, *formaliter*, et uti sub-
inde loquitur, quanquam *ἀνυριολέντως*, *subiective*
intelligit, atque sic pietatem Theologi uerae Theolo-
giae essentiam ac definitionem ingredi falso existi-
mat, nihil tamen exinde lucraretur, quia *ἐνσέβεια*,
uera fides et charitas, quam scriptura tradit, unice
*etiam est norma et obiectum Theologiae irregen-*ti**. Siue enim Scripturam, siue fidem et charitatem,
seu credenda et agenda Scripturae pro norma habe-
as, eodem recidit.

THESIS II.

Theologi irregeniti non habent ueram
 Theologiam, quia

i.) Ps. 61. propter uitae iniquitatem increpantur.
 Quicunque enim propter uitae increpatur iniquitatem,
ille non est uerus Theologus; Atqui irregenitus l. c. etc. E.

Resp. Πρῶτον *Ψεῦδος* GRATIANI est, quod, per
 singulas has probationes, committit tantum non sem-
 per petitionem principii huiusmodi, quod est con-
 tra omnia sapientiae principia. Accidens transmu-
 tat, ut iam antea submonuimus, in formam, extra-
 essentiale in essentiale, unde deinceps, ex Philoso-
 phiae neglectu, principium illud sibi fingit: *Pietas*
 (sensu Gratiani accepto pro exercitio pietatis in sub-
 iecto) absoluta est pars essentialis uerae Theologiae,
 quam ad thesin lubricam mirifice flectit, reflectit-
 que Scripturae locos, et sensum ex falsa hac hypo-
 thesi in Scripturam infert, qui potius ex Scriptura
 efferendus erat. Postmodum confunditur demonstratio
 ratione illationis cum demonstratione ratione rei. Cum
 praemissae debeat esse conclusionis causa, GRATI-
 ANVS procul dubio reputat, sufficere, si syllogi-
 smus

simus ratione illationis, nullo ad argumentum et materia habito respectu, formaliter fluat. Ex falsis igitur praemissis, salua interim forma Syllogismi, necessario consequentia et conclusio relinquitur ab omni ueritate remotissima. In argumentatione uero GRATIANI iam adlata maior ueritate utique destituitur, ac proinde rectissime negatur, quia subiectum et praedicatum minime cohaerent. Debeat GRATIANVS dicere : *Increpatus a Deo propter uitae iniquitatem non est Christianus.* Plura, quae hic certe moneri poterant, ob praefixum nobis breuitatis studium, addere non licet.

2.) *I. Tim. III. 2. sqq. 8. coll. Tit. I. 6. I. Tim. I. 18. 19. III. 9. IV. 7. et 12. (Coll. Tit. II. 7.) it. 16. VI. II. coll. 2. Tim. II. 22. it. III. 17. 2. Tim. II. 15.* Paulus monet ut ipsi habeant ἐντέλειαν doctores et μυστήριον τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, it. γυμναζέ δὲ σεαυτὸν πρὸς ἐντέλειαν.

Resp. Haec Scripturae dicta thesin GRATIANI erroneam minime probant. Namque committitur status controversiae mutatio. Non quaeritur, an in Theologo uitae sanctitas necessaria sit necessitate praecepti, et expedientiae, sed an pietas sit necessaria necessitate formae ac simplicis exigentiae, intuitu uerae theologiae. Posteriori uult GRATIANVS contra mentem PAVLI. Quis enim crederet, PAVLVM eo esse prolapsum, ut cum GRATIANO pietatem, tanquam accidens separabile, uerae Theologiae partem essentialiem constituerit, qui certe hac ratione omnibus suis epistolis ueritatem et theologicam et metaphysicam surripuisse.

3.) *Mt. XXIII. 2. 3. doctrina Scribarum et Pharisaeorum a Salvatore logice uera iudicatur, qui tamen u. 13. 14. 15. 23. 25. 27. 29. ὑποκρίται u. 16. 24. ὁδηγοὶ τυφλοὶ, u. 17. 19. μωροὶ καὶ τυφλοὶ audiunt.*

Resp.

Ex falso illogismi, quitur ab iure uero, que habet subiectum. Debet propter, quae habet breuitatem. Tim. I. 16. VI. 1. Iulius monachus. de servis. RATIO committitur, et ria sit ne d an pietatis, entiae, intu ANVS con ret, PAVIANO prae certe ha et theolo et Phars ui tamen odygynoi tu. Resp. Committitur fallacia a dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Seruatorem omnem Phariseorum doctrinam logice praedicare ueram, pernegaatur. Contrarium patet ex u. 13. 15. 16. 24. etc. CHRISTVS comprobauit non doctrinam Pharisaicam, sed dogmata eorum, qui (*non ut Pharisei*, sed ut scribae ac doctores Ecclesiae) sedebant in cathedra Mosis, hoc est, quatenus αληθείαν profitebantur. Verum enim uero qua erant Φαρισαῖοι, seu Separatiæ, tum ratione doctrinae, tum ratione sanctioris uitæ, quam simulabant, seu τυφλοὶ, ὁδηγοὶ τυφλοὶ, μωροὶ καὶ ψαπερταῖ, πολυμερῶς καὶ πολυτεχόπως a CHRISTO increpantur.

4.) *Luc. XII. 47.* Seruus sciens uoluntatem Domini, non tamen faciens ex eius uoluntate, ueri serui nomen non meretur.

Resp. Euangelista dicit: δερήσεται πολλας, neutram, quod nomen ueri serui non mereatur. Cur autem ipsum Spiritus ueritatis uocauit seruum, cur ipsi Spiritus ueritatis ueritatem notitiae tribuit? Cur GRATIANVS Spiritui S. erroneam adfingit opinionem? Cur GRATIANVS ad subiectum seruum praedicatum addit, quod nec hic, nec alias legitur in Scripturis. De cetero Theologus irregenitus uerus seruus est διακονικῶς, qua dona administrantia, non qua dona sanctificantia, ut Theologus, non ut Christianus.

5. *Rom. II. 20.* Doctori irregenito Paulus tantum μόρφωσιν τῆς γνώσεως καὶ τῆς αληθείας tribuit: quid autem μόρφωσις denotet, ex 2. *Tim. II. 5.* (ex 2. *Tim. III. 5.*) intelligitur, unde iterum patet, irregenitum non esse uerum theologum.

Resp. Aliud est μόρφωσις τῆς γνώσεως, siue forma cognitionis et ueritatis, *Rom. II. 18.* (absolute posita) aliud μόρφωσις τῆς ἐυσεβείας, forma pietatis,

δυνάμεις, siue ui sua, destituta, 2. Tim. III. 5. Sicut etiam Latinis aliud est *forma*, aliud *forma fucata*. Recte GROTIUS ad hunc locum μόρφωσιν, inquit, habuimus etiam Rom. II. 18. Sed ibi nihil habet oppositum, unde significatio eius contrahatur. Quare si uel maxime uerbum μόρφω et μόρφωσις, 2. Tim. V. 3. propter additam restrictionem, significet formam fucatam, siue speciem inanem, de quo tamen ipso inter interpretes non conuenit, hinc neutiquam inferre licet: ergo ubique et speciatim quoque Rom. II. 18. formam fucatam significant. Nam quod uocabulum μόρφωσις et μόρφω alias, et sine addita restrictione usurpata, formam ueram, atque adeo id, quod Rom. VI. 17. τύπος διδαχῆς, 2. Tim. I. 13. ύποτόπωσις ὑγιαινόντων τῶν λόγων dicitur, significet, uel ex Gal. IV. 19. clarum est. Quod speciatim in loco citato Rom. II. 20. formam cognitionis ueram denotet, totus contextus probat. Nam qui habet μόρφωσιν illam, dicitur γινώσκειν, posse uoluntatem Dei, δοκιμάζειν τὰ διαφέροντα, discernere, quae sunt discernenda, bona uidelicet a malis, licita ab illicitis, et ex lege diuina institutus esse, u. 18. et alios uera docere, u. 21. sqq. Huiusmodi autem notitiam ueram non esse, aut speciem duntaxat notitiae habere, quis dixerit?

6) Tim. VI. 3. 4. Paulus dicit: *Si quis ἐτεροδιδασκαλεῖ etc. inflatus est, nihil sciens etc.*

Resp. PAVLVS loquitur de irregenito etiam ratione intellectus tali. Inter subiectum irregenitum Theologum, qui omnia recte docet, et inter subiectum a Paulo designatum manifesta datur repugnancia et contradictio. Omnia recte docere et ἐτεροδιδασκαλεῖν, conceptus habere cum intellectu diuino ac forma uerborum sanorum congruente, non accedere sanis doctrinac uerbis, sunt diuersissima, Vnde ab

ab haeretico ad orthodoxum irregenitum perperam argumentatur GRATIANVS.

7) *Lutherus monet; Tria faciunt Theologum, oratio meditatio, tentatio.*

Resp. Theologi a Studiosis, praeter *Qūσiv*, requirunt *μαθησιν* et *ἀσκησιν*, sed non formaliter, ita ut *μαθησις* et *ἀσκησις* constituant in esse suo ueram theologiam, uerumque Theologum, sed *efficienter* et *ut causam medium*. Argumentor: Deus facit Theologos, E. forma Theologiae consistit in essentia Dei. BVDDEVS facit (liceat ita loqui) Theologos, E. Theologia consistit in essentia BVDDEI. Videret hinc GRATIANVS, quod aliud sit facere *efficienter principaliter*, quod Deo hic unice adscribimus, ac *minus principaliter*, *διανοιωνῶς*, quod de BVDDEO dici poterat, item *οργανικῶς* et per causam medium, aliud uerum *formaliter* ac *constitutiuē*.

8) *Ex natura et constitutione Theologiae requiritur, ut uera sit ratione causarum subiectiue.*

Resp. 1. Scriptura habebat ueram Theologiam, licet subiectiue, (liceat ita loqui sensu Gratiani,) nec crederet, nec pie uiueret. Datur etiam in Theologo irregenito uera 1. ratione *principii*, quia est a Deo habitus *Θεότοκος*, 2. ratione *formae* consistit in absentia ignorantiae compositae, et in aedesentia ueritatis, 3. ratione *objecti*, quia tradit credenda et agenda, 4. ratione *finis*, quia intendit gloriam Dei, proximi salutem, quam multi auditores, per ministerium hoc, ueram atque saluificam fidem nacti, consequuntur. Dixeris, irregenitum tamen non habere ipsam fidem ac pietatem subiectiue. Resp. Theologia irregeniti certo modo subiectiue spiritualis est, quia intellectus ipsius illuminatur, unde *illuminatus* audit secundum quid. Habitus non aestimatur a subiecto, sed subiectum ab habitu, quia E. impius HABET ueram Theologiam, hinc recte dicitur uerus Theologus.

Forma dat esse rei, distingui et operari, non subiectum. Disciplinae denominantur a principio, uel ab obiecto, cur non Theologia? GRATIANVS contra omnia rationis principia et regulas sapientum peccat. Hominem sano sensu *semiregenitum* et *semiirregenitum* uocari posse, minime repugnat. Hominem secundum quid regenitum etiam irregenitum esse posse, probamus ex analogia fidei, secundum quam regeneratio est collatio uirium credendi, quas omnes homo non accipit in instanti, quia ad fidem pertinent notitia, assensus, fiducia, has partes autem largitur Spiritus, mediante uerbo, per gradus. Vnde potest aliquis praeditus esse notitia et assensu, etiam si fiducia nondum accesserit. Scriptura generationem describit Gal. IV. 19. Iac. I. 18. non ut instantem, sed ut successuam, unde et deprehenditur, ut completa et incompleta. Si non repugnabat dari in PAVLO regenito aliquid carnale, nempe luctam carnis, E. nec repugnat, ui oppositorum, in irregenito inueniri aliquid spirituale. Crassissimus error est, quando GRATIANVS existimat, Theologiam impii donum saltem esse uirium humanarum, donum naturale, per uires naturae, aequa ac in Diabolo, non esse donum gratiae, habitum esse mere naturalem. Medius terminus huius illationis Gratianae est, quia ipse non credit, neque sancte uiuat. Dominus te increpet Satan! nonne exinde se queretur, ipsam Scripturae Theologiam, quae nec credit, nec sancte uiuit, esse mere naturalem. Theologia reuelata manet supernaturalis propter formam et essentiam rei, siue sit in uolumine, siue in homine irregenito, siue regenito. *Gratianus* omnes Philosophos iam audet reformare, statuendo cum suis: Subiectum dat esse distingui et operari, cum Philosophi ad unum omnes hactenus recte senserint: *Forma dat esse rei, distingui et operari,* Dia-
boli

boli iam in malo obdurati notitia reuelata saltim furtiuia est, aliqualis opinio, non certa et firma sententia, quia coniuncta cum perpetuis dubitationibus, erroribus, mendaciis, ab quibus irregeniti Theologia prorsus immunis est, ita, ut, illam cum Theologia irregeniti comparare uelle, summum nefas foret ac sacrilegium. Quae de illuminatione contra Scripturam dixit GRATIANVS, in laudati SCHROEERI Dissertatione, quam infra recensemus, fusius confutantur. Responsiones ad solidas celeberrimi IANI oppositiones factas sunt de nihilo, ex parte hic iam confutatae, ex parte ita comparatae, ut per facile corruant, modo obseruetur περὶ τὸν Φεῦδος a GRATIANO commissum, ac GRATIANI hypothesin Ens esse nunc per omnipotentiam Dei ne possibile quidem, contra omnem scripturam, contra omnem rationis ductum. Quanquam autem GRATIANVS errores et CRAMERI et Schwenckfeldianorum hic πνεῦ καὶ λαζ̄ defendit, absit tamen, ut Celeb. BVD-DEVM, quem Celeb. IANVS nusquam Schwenckfeldianismi postulauit, uti sine causa fingit dissentiens, crassissimos hos errores imputemus, quin potius optemus, ut BVDEVS famam suam quodam scripto contra Gratianum tueatur, ac publice significet, se dogmata a GRATIANO defensa repudiare. Interim CRAMERI disceptatio non erat circa nudum habitum, sed quaerebatur, an hic cadat in irregenitum, uel an impius sit subiectum Theologiae, quod CRAMERVS negauit, uti Dissertatio celeberrimi IANI subinde ex ipsis CRAMERI uerbis indicat. Cur ergo GRATIANVS immutauit statum controuersiae, cur adiicienda omisit, contra boni disputatoris regulas: Testimonia CALOVII et ÆPINI ipsam GRATIANI hypothesin refutant, unde, quod dissentiens tam excoecatus fuerit, ut hoc non animaduerteat, miramur, ac ualde dolemus.

D. XIV. Decembr. Rector Magn. Academiae ciues programmate ad audiendam IOHANNIS BERNHARDI VOLCMARI HELBIGII, SCHONSTADIO - THVRINGI orationem, qua munificentiam LAEVINI ADOLPHI MARESCHALLI celebret, conuocauit, quod hic inseritur :

Mandetur memoriae beneficentia LAEVINI ADOLPHI MARESCHALLI, sed ita mandetur, ut, quo maiora eius in literas, liberaliter habitas, extant merita, hoc insigniora simul eiusdem decora posteris sine fuso prodantur. Quanto praestansius est, ipsa quidem diuinitatis imitatione, benignitatis nomen, tanto acrius ab optimo quoque ac nobilissimo appeti solet. Ex ea re prodeunt in medium, Graecis expressi numis, ΕΤΕΡΓΕΤΑΙ, complurium certe reges gentium, in Graecia, Asia, Aegypto, celebri hoc elogio hominumque generi amico culti. Hi tales nobis, in eruditis ueterum thesauris, ante oculos obuersantur, e Seleucidis Alexander I, Antiochus VII, Demetrius III, e Lagidis Ptolemaei duo, tertius et septimus, ex aliis Mithridates, rex Ponti, Pylaemon, rex Paphlagonum, Arsacidae denique Parthi. Hoc eodem cuius honore monumenti afficiuntur Imperatores Romanorum, de quibus Hadrianum ΣΩΤΗΡΑ TON ΕΤΕΡΓΕΤΗΝ nominant Athenienses, perinde, ac Populus ipse Romanus, cum stante adhuc republika, communem miseris portum praebere crederetur, ab Laodicensibus, in antiquo marmore, laudatur

datur ΣΩΤΗΡ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΗC. Nec uero ali-
ter tum Augustus, tum Caius, dicuntur a Phi-
lone Alexandrino, cum uterque illorum, pro re-
nata, collaudandus eximie uideretur. Ad eun-
dem modum Cyrus maior celebratur ab Armeniis,
Antigonus a Graecis, Cato ab Uticensibus, alii ab
aliis, quos tacemus. Namque, hoc idem nomen,
constat, regibus, aliisque viris eximiis, singularis
honoris causa, tributum fuisse, iis praesertim, qui,
ob meritorum praestantiam, uel referrentur in ta-
bulas, uel citarentur uoce praeconis. Adde diui-
num cultum, quem laudatio benefici Numinis in
primis decere uidebatur, ut non una literatae an-
tiquitatis spolia testantur. Ex quo intelligi potest,
quantum dignitatis habeat prolixae beneficiaeque
commendatio naturae, cum huius potissimum men-
tio in publicis iisque fiat literis, quibus id agitur,
ut memoria excellentium consecretur hominum,
omni deinceps posteritati tradenda. Sed hic saepe
multumque uel ambitio indulget sibi, uel assenta-
tio, uel metus, sic, ut multi uideri haberique be-
nigni, quam esse, malint, alii perhibeantur tales,
quales sint minus, siue ut conciliati profint hi ipsi,
siue ne noceant saltem deliniti. Mihi quidem ea
demum uera benignitas uidetur, quae, nullo glo-
riae inanis, nullo quaestus studio, sed unius amo-
re uirtutis, bene meretur de aliis, de iis maxime,
qui eo sint beneficio digni, ne *bene facta*, ut pro-
nunciant ueteres, *male locata*, iure putentur *male*
facta. Quo si accedat facultas, benigne faciendo,

meliores reddendi homines reique publicae utiliores, tum uero nulla potest iniri ratio liberalitatis melius collocandae. Sic usu uenit Mareschallo, qui, consulta usus munificentia, tenui literarum fortunae subuenit, instituto sodalitatis eruditiae conuictu, quo ex ciuibus Academicis decem, Theologorum quinque, totidem Iureconsultorum, auditores, alerentur. Quicquid hic beneficii datur, hoc nihilo magis ad alumnos diuina humanaque sapientia emendandos pertinet, quam reipublicae seruit, propterea, quod, uno eodemque merito, tum religionis educantur sacerdotes tum iuris. Ea quidem re ille, quantam animi sanctitatem, tantam deliberandi agendique prudentiam, sapientissimo cuique facile probauit. Neutra uero dos mira uideri debet in eo, qui, maiorum, tam antiqua gloria, tam ipso hereditario iure celebrium, in Thuringia *Mareschallorum*, ornamenta, domini forisque clarissima, aemulatus, omni disciplina liberali abundauit, aditis peragratisque potioribus Europae regnis, quicquid usquam extaret praeclarri atque emineret, excusfit, et integritate uitae, grauitate moris, consilii maturitate, sentiendi recte faciendique constantia, sustinuit personam sapientis, ac multis exemplis magnisque commendauit. Hoc bonaे mentis fonte latius cum laudes aliae, excenso animo supraque saeculi corruptelas euecto dignae, manarunt, tum mirabilis illa cupiditas omnes bonos, quanta caritate, fide, humanitate, tanta, ubi posceret res ac sineret, beneficen-

ficientia, complectendi. Hinc certus inopum, certus studiosorum iuuenum, de quibus sacerdotio plures funguntur, numerus, annuis altus subsidiis, hinc alia pie, iuste, mansuete, facta, et sacris praecipue uel dicata iam pridem, uel extremo uitiae tempore in perpetuum prouisa. Dignus igitur prisco illo pioque ΕΤΕΡΓΕΤΟΥ praetorius Mare-schallus, dignus omnis aeui recordatione, dignus potissimum ueneratione nostra, qua defungetur, delectus ad partes has capessendas ex sodalibus, spectatae probitatis et industriae, nec inelegantis doctrinae, iuuenis, *Ioannes Bernardus Volkmarus Helbigius*, Schonstadio-Thuringus, ita quidem, ut, *craſtino*, in *Acroaterio maiore*, ab *Hora matutina IX*, munificentiam tanti Maecenatis, ipsi superstitem funeri posterisque seruandam, grata anniuersariaque meritorum commemoratione prosequatur. P. P. anno parte Salutis c^{irca} 15, 16, cc, xxii, a. d. XIX. Calendas Ianuarias.

Die XXIII. Dec. Exercitationem Academicam de suspendio furis et ratione naturali et ciuili considerato sub Praesidio MARTINI HASSEN, Moral. et Ciuil. P. P. publice discutiendam dedit IOH. BERNHARDVS WERNEBVRG, Molhusa-Thuringus, LL. cultor. Vitemb. ex Officina Creusigiana pl. 3¹₂.

Dissertatio haec decem constans paragraphis ab obseruationibus et notis uberrime, se commendat.

D 5

Occa-

Occasionem dedit §. 1. amplissima disceptationis huius argumenti materia et famosus ille $\alpha\chi\mu\lambda\omega\psi$, Cartouche, cum asseclis ad seuera raptus suppicia, §. 2. explicatio sit nominum α) addita furis, qui rem alienam dolo malo, lucri faciendi causa, surripit, definitione recepta, distinctio in notis assertur inter furtum iuridicum et morale, quorum hoc non tantum ad omnia legitima quasi uelamenta iniustitiae, aut denegatae satisfactionis extenditur, was jemand mit einem Schein des Rechtens an sich bringet, sed etiam pro quounque facto illicito et interdicto siue maleficio sumitur. Sic illiciti coitus Martis et Veneris Virgilio dulcia furta, Gregor. Nazianzeno confessiones, ebrietates etc. ad adulteria $\nu\kappa\tau\omega\lambda\epsilon\psi\iota\iota$, unde puer conceptus furto, notante Heinsio, Latinis idem est, ac Graecis σπότιος, ein Huren Sohn, β) furtum ratione materiae, seu obiecti, dicitur esse rei, et usus, quoddam magnum, quoddam paruum; ratione modi uel manifestum, uel non manifestum, uel simplex, uel violentum, uel primum, uel iteratum; ratione temporis diurnum et nocturnum; ratione propinquitatis, aut familiae, uel domesticum, uel extraneum, ex consideratione caussae uel principale, uel minus principale, §. 3. et 4. uocabula suspendium, naturalis et ciuilis ratio explicitantur, ubi auctor illam ait complecti praecepta honestatis, secundum Naturae Gentiumque leges potissimum obseruandae, rationem uero ciuilem consistere in regulis utilitatis, pro statu Reipublicae generalis, aut specialis, procu-

procurandae, ita nimirum, ut honestas, in latiore accepta sensu, iustitiam simul et aequitatem denotet, utilitas uero intelligatur licita, habito ad leges, saltem permittentes, respectu. §. 5. transitur ad tractationem ipsam, suspendiumque furis cum naturali pariter ac ciuili ratione conuenire, adfirmatur, quae thesis §. 6. declaratur. §. 7. ciuilis demonstratur ratio, §. 8. obiectiones eorum, qui thesin oppugnant, adferuntur, praesertim *Andr. Goepelii Com. Palat. Caes. et Med. D.* §. 9. refutantur dissentientes, annexis §. 10. tribus Consectariis, quorum primum est: *Iusto puniri suppicio furem apium, nec non ferarum; secundum, furem,rupto laqueo, ex furca delapsum, denuo in eam iuste suspendi; tertium, iustum statui poenam in furem, quem foemina, incundi cum eo matrimonii causa deprecatur.*

Nondum aberat hic dies, cum auctoritate *Caesarea, Regia atque Electorali*, præsente Rectore Magnifico **GEORGIO FRIDERICO SCHROEERO S. S. Theol. D. et P. P.** Domino **CAROLO FRIDERICO MICHAELIS**, Schlibena-Saxoni, Iuris utriusque Licentiato, Consistorii Eccles. quod Vitembergae est, Aduocato ordinario summos et Doctorales in utroque Iure honores nomine Ordinis Iuridici in Academia Vitembergensi conferret eiusdem h. t. Decanus **GEB-**

GEBHARDVS CHRISTIANVS BSTINELLER, D. Dig. Vet. P. P. Cur. it. Elect. Provinc. Consist. Eccl. ac Scabin. Assessor, quem actum tabula publica manifestavit. Literis Viduae Gerdesiae pl. I.

D. XXV. Dec. Programma GEORGII FRIDERICI SCROEERI Rect. Magn. de Natiuitate Iesu Christi, quod ritu ueterum elaborauit Facult. Theol. Decanus, MARTINV CHLADENIVS, SS. Theol. D. Eiusd. Prof. Publ. Templi ad Arcem Praepositus et Senat. Eccles. Assessor, tabulis publicis est affixum, cuius hic copia datur:

Natalem Dulcissimi Saluatoris nostri Jesu Christi luculentissimam gaudii materiam, perinde ut Sanctae admirationis et fidei fundamentum, nobis subministrare, unanimi consensione et perpetua, purior ipsique soli addicta congregatio firmiter credit et profitetur. Huius inter alia et hoc argumentum tenet, quod sanctissimum istud mysterium non saltem Angeli Dei, cum hominis lingua neutiquam suffecisset, enunciandum fuerit, sed ubi ille Dei internuncius ad promulgationem tanti muneris in terras missus, perorandi initium faceret, primum etiam praemuniendo audientium animos putauerit dulcissimo hoc alloquio: *No-lite timere: Ecce annuncio uobis gaudium magnum!* Luc. II. 10.

Vide, quam Humani generis lapsi conscientia ipso coelesti fulgore, ex quo solatium capere de-

debebat, deiiciatur potius, et metu ac trepidatione percellatur, ut opus habeat eiusdem Angeli confirmatione, cuius claritate pastorum oculi perstringebantur! Docet hoc, quam tristis sit illa dissolutio, quae nos extra Angelorum consortium adeo remouit, eamque in conditionem tam miseram detrusit, ut uidisse Angelicam faciem apparentem, homines etiam pii pro lugubri mortis praenuncio haberent: tantum abest, ut tam laeto spectaculo, quo tamen dulcius aut iucundius nihil fere excogitari poterat, oculos aut mentem paucandam crediderint. Non sane intelligunt, quam misera fors sit hominum lapsorum, qui ambitiosis speculationibus adeo indulgent, ut Angelorum quotidianis collocutionibus se in his terris immisceri aut optent, aut persuadeant, εμβατένοντες ἀ μὴ ἐωράκαι Coloss. II. 18. Sancti enim Viri, quotquot eorum, dispensatio Numinis, Angelorum aspectu uel colloquio uti iussit, mente potius trepidante, quam exultante nuncios tantos excepterunt, ut plerumque opus fuerit iis animum addere, et timorem ex tam insolito aduentu subortum, per illud solenne et Angelis bonis proprium κέλευσμα, auferre: Μὴ Φοβεῖθα! Μὴ εὐθαυμβεῖθα! Matth. XXVIII. 5. Marc. XVI. 6.

Humanae felicitatis nuncium frequenter merum est praestigium et oculorum ac mentium ludibrium. Vbi uero de fructibus, et aliis admirandis, nativitatis Iesu Christi agitur, aperit se spectaculum, omnem animi humani captum adeo supe-

superans, ut Angelos ipsos cupiditas inuadat in illa mysteria παρακύψαι I. Petr. I. 12. quidni mortaliū coetus in id unicum totus incumbat, ut lumen sensus et mentis adhibeat solennia tanta intuenda et consideranda? Non enim saltem ex communi et uulgari loquendi consuetudine uel formula, sed ex consideratione sublimis huius negotii, et ad contemplationem eo magis excitandam, adhibitum credimus ab Angelo uocabulum illud επιδεικτικὸν: Id est! id est!

Arcana hominum, Principum et amicorum celari uolunt, et sollicita quadam religione abscondi debent. Interdum cum capitib[us] periculo et diminutione, ut seruantur, ita nonnunquam rumpuntur silentia. Vbi uero publicae tranquillitati bene consultum est, ubi pax et uictoria impetrata, ubi quicquid malorum fuerat, a gente aliqua est auerruncatum, intempestiuam aestimamus taciturnitatem, resoluimus potius ora in laudes ac triumphales hymnos, et alter alteri in laeto nuncio enarrando uelut palmam praeripit. Omnibus igitur, quaecunque fausta unquam euenire potuerunt, cum longe excelsior sit nouitas illa de filio Dei ex muliere nato Ier. XXXI. 22. decebat omnino Angelico ore miraculum illud primum enunciari et promulgari. Vnde non mirum, quod coelestis nuncius, sibi has a Numine partes datas et impositas esse, profiteatur, ut esset Euangelista et bonus nouae felicitatis interpres. Ideo enim exprimit suam functionem uno illo, sufficientissimo tamen, uerbo: Εὐαγγελίζομαι!

Ec-

Ecquis uero non crediderit ad decorum pertinere, ut quod ad uniuersum aliquem populum spectat, primum omnium ad primores et Optimates deferatur? Quidni tanta rerum faustitas ex Salvatoris aduentu et nativitate oritura, omnibus et singulis simul mortalibus, fuit patefacta, illisque ad unanimem laetitiam materia et campus est apertus? Anno tam grande salutis humanae fundamentum merebatur in toto orbe terrarum per Angelorum myriadas ebuccinari, et ita diuulgari, ut ne ulla quidem auris fuisset, quam non fama illa, de summo in lucem edito Coeli terraeque Domino, eo ipso momento personaret? Enim uero quantum Sapientia Numinis exquisitissima abire soleata rationibus seculi, uel hoc specimine apparet, ubi relictis omnibus, quotquot aut uniuersus mundus, aut Hierosolyma alebat, hominibus, summis et imis, Pastores Bethlehemitanos solos hoc spectaculo perfaci uoluit, aliis somno uinoque forsan sepultis, aliis stertentibus et cutem curantibus, solidis uigilantibus istis, apud quos Angelus a Deo missus tantum fidei salutis momentum deponeret, et primos uelut tam insignis gaudii fructus decerpentes porrigeret, uelletque, ut alacri animo attenderent, et ad se ista pertinere crederent, aliisque nunciarent. Hinc adeo hilari tono Angelus pronunciat suum *Εὐαγγελίζουμαν υμῖν!*

Non despicit exiguum sortem illorum hominum, qui inter reliquos ciues erant contemptissimi. Quo tenuis magis eorum fortuna, eo magis illos erigendos

dos censuit, ut edoceremur, nihil morari Deum fortunarum absentiam, inopiam, statumque humilem; amare potius hominum corda contrita, humilia et perculsa, cuiuscunque deinceps sint conditionis, dummodo non renuant uerbum, sed illud audeat arripiant. Utitur enim hoc unice medio ad tranquillandos animos: hoc consolationibus et promissionibus undiquaque impleuit, ut ubicunque mens pia consistat meditando, insigni quodam gaudii genere permulceatur, et praesertim ubi beneficia per natuitatem Iesu Christi parta contemplatur, innumeram uelut segetem sanctae uoluptatis sibi suggeri animaduertat. Vnde Angelus, non tam res gestas & historiam in Natuitate Domini, quam potius nucleus ipsum atque effectum illius, se re-censere, profitetur, nec dicit: Annuncio uobis rem nouam et miram, sed: εὐαγγελίζομαι υμῖν χαρὰν, nuncio uobis gaudium!

Humani gaudii cum tristitia intelix plerumque est mixtura et uicissitudo. Quo extantior illa apparet, eo infelicior lugendi materia ut plurimum succedit, et cum foenore uelut fugitiuum gaudium compensat, atque permutat. Ex hoc capite uix meretur laetitia ulla, de successu rerum temporali-um felici, magna appellari, quemadmodum opulentia uel maxima, propter permutationem adeo facilem cum penuria et paupertate, magnae nomen non tuetur. Saluatoris uero dulcissimi ortus tot et tantorum honorum cumulum complectitur, atque in nostram utilitatem profundit, ut κατ' εξο-

$\chi\eta\nu$ et cum eminentia quadam singulari magnum istud gaudium, quod exinde in fidelium mentibus nascitur, cognominare neutiquam dubitet: *Εὐαγγελίζομαι χαρὰν μεγάλην!*

Magnum oppido gaudium, imo maius, quam ulla humanae mentis mensura capere queat, non solum ob rei ipsius magnitudinem et utilitatem, quam nunciatam audimus, uerum etiam ob amplitudinem emolumenti, quod per uniuersum genus humanum, ne ullo quidem mortalium excluso, se diffundit. Quotquot enim alioqui gaudii obiecta a Spiritu S. recensentur, uel a foecunditate hominum excogitantur, hoc quod Angelus cordibus insinuatum cupit, nulla ratione aequabunt. Sufficit ipsi alicubi cum gaudio de spoliis opimis, uel messe largissima suscepto, illud comparasse, ut uel hac adumbratione teapore animis excuteret, ex incuria quadam, quasi Christus ad eos non pertineret, subinde ortum, et per falsas doctrinas firmiter radicatum. Quibus occurrere jussus est Angelus, ubi addere debuit, tale gaudium se annun-ciare, quod contingat πάντι λαῷ, omnibus gentibus, respectu omnium temporum, aetatum atque indiuiduorum.

Liberent se iam, si possint, a blasphemia et idolatria coram throno Iudicis uiuorum et mortuorum, qui elogia, quae Christo, nato Saluatori nostro unice a Spiritu S. in scriptura tribuuntur, ad Episcopum Romanum trahere audent: Quibus non sufficit exclamatio et Antiphona: ECCE SACER-

DOTEM MAGNUM! uerbis Spiritus S. in de-
terrimum abusum tractis, ex Hebr. IV. 14. VII.
26. VIII. I. post eius electionem intonata, ue-
rum eo procedit fastus intolerabilis, ut Angeli no-
stri uerbis abuti audeat Cardinalis Presbyter, et
Pontifice in altare ad adorationem exposito, coram
uniuerso populo ex urbe conscente exclamare non
ueretur : ANNUNCIO VOBIS GAVDIVM
MAGNUM, *babemus Papam, &c.* Charactere pror-
sus indelebili quodam eorum, quae τῷ ὑπεραγο-
μένῳ et Salvatoris unici aemulo inimico tribuit
Scriptura, 2. Thess. II. 4.

Videant, quomodo reddant rationes, qui nun-
cium Angelicum de Saluatore omnibus et singulis
dato et nato, restringere audent ad electos, & ma-
gnam humani generis partem a societate huius gau-
dii ac uera participatione fructus huius nativitatis
excludunt, non attendentes, gaudium non mereri
nomen magni, si ad paucos saltem pertinuerit, et
iamdudum Prophetam nomine omnium et singu-
lorum hominum τὸ υἱὸν Angelicum, excepsisse per
applicatuum suum Ιη̄ οὐ seu τὸ ημῖν. Sicut enim
Angelus nunciat : VOBIS *Saluator natus est*: ita
ille in antecellum respondet: *Ita omnino est*, NO-
BIS *sane natus est filius*: NOBIS *datus est*. Ei. IX. 6.
Quis hic quaesotam sui sit obliuiosus, ut se his
miseris peccatoribus, quibus natus et datus esse di-
citur, non protinus accenseat? Vel ideo non erit
quispiam electus, nisi se cohorti reliquorum homi-
num in Adamo lapsorum adiungat, et per ueram
poeni-

poenitentiam talem se esse profiteatur. Matth. IX. 12.

Agnoscant tandem pestilentiam sui erroris Socrini sectatores, qui gaudio tanto, et incredibili uoluptate seipso exuunt, et ex Angelico nuncio τὸν ψυχὴν plane exsculptum mallent, et nativitatem Iesu Christi equidem concedunt, sed satisfactoriam esse, et ad acquisitionem nostrae salutis pertinere, audacter inficiantur, spoliante sic semetipso fructu pulcherrimo, quem illis tamen perinde, ut aliis hominibus nunciat et assert coelestis hic legatus, imo uniuersum Dei uerbum, omnesque ibi Sancti Dei uiri, Prophetae et Apostoli Act. X. 43. unanimi ore testantes, ad nos Christum pertinere, et nos illum, ab eoque unice accipere salutem et remissionem peccatorum, eumque in finem datum et natum esse Gal. IV. 4. 5.

Cessent aliquando Fanatici Spiritus, detrahere Historiae et nuncio laetissimo, de Christo pro nobis nato et dato, et mutare eam in commentum, de Christo alio in nobis nascendo et in lucem edendo. Nascitur idem uerus Saluator in nobis, qui Bethlehemi natus est, quando salutaris eius notitia nobis confertur, eius meritum fide uera apprehenditur, ac uti relatiue, ita mystice cum fidelibus unitur Gal. IV. 19. Alia mysteria, quae Spiritus uertiginosus in perniciem ecclesiae et multarum simillium animarum interitum excogitauit, detestamur, et ipsam nuncii laeti literam nobis ad salutem cum fructu applicamus.

Memores igitur sumus nostrarum partium, Ciues, et cum certi esse queamus, Angeli nuncium exoptatissimum ad nos quoque spectare, amplectamur protinus tantum tamque pretiosum bonum, et Saluatorem, etiam quatenus natum, pro nostra salute uenerabundo et prostrato ad eius pedes animo, adoremus. Accedamus uera fide, et non dubitemus, aut titubemus. Benignus ille est, propitius et benevolus, eo sine, et non alio, paruus et nobis similis factus, quam ut nostri eo promptius misereatur, sicubi opis petendae causa ad illius thronum appropinquemus Ebr. IV. 15. Deponamus sarcinulas peccatorum, illi et nobis ipsis molestas, et ueniamus puro corde, atque per Sanginem eius purgato. Mittamus, quicquid nos a perceptione fructuum huius nuncii Angelici laetissimi, et omnibus nostris uotis maioris, queat excludere, et illud solum sectemur, quo delectari unice solet, innocens et sanctum in ipso gaudium. Testemur hoc moribus probis, et aliis animi Christo addictissimi documentis, nec minori liberalitate erga Saluatoris ministros, quibus gratitudinem Vestram nummo in aram imponendo nobiscum approbate! PP. Vigil. Fer. I. Natalium Domini A. O. R. M DCC XXII. Vitemb. Prelo Schroederiano, Acad. Typ.

Die] XXIX. Dec. M DCC XXII. solidam et hoc tempore necessariam demonstrationem, quod iuxta Caluini doctrinam Reformati nec sint

fint, nec iure haberi possint Socii Aug. Confessionis, Praefide GOTTLIEB WERNSDORFFIO, SS. Theol. D. et Prof. Publ. Prim. Ordin. Theol. Sen. Confist. Eccles. Assess. Templi Paroch. Pastore et circuli Elect. Saxon. Superint. Generali repetiuit, idoneisque rationibus firmavit IO. IACOB. HACCIVS, Ratzeburg. Vitemb. Literis Viduae Gerdesiae. pl. 8.

Prologus huius dissertationis commendat 1) Symbola, sigillatim Augustanam Confessionem, cuius nomen apud omnes orthodoxos augustum praedicatur, *λόγος* perinde, ut ipsum Dei uerbum, *πνεύμονα καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἀξιος*, 2) monet, Sacramentarios et Caluinianos, Confessioni nostrae initio renitentes subscribere, plerosque tandem societatem eius, quo tutius fallerent, affectasse, 3) de hoc argumento tanto securius disputari posse, quod iam olim omnes Lutherani ordines Osnabrugae huius controuersiae notionem ad Theologorum scholas reiiciendam esse, censuerint. Tractatio complectitur paragraphos XLVI. §. 1. refutatur *Crocius*, qui Augustanam Confessionem definit, 1) per Confessionem particularem quarundam Ecclesiarum Reformatarum in Germania, 2) Augustae Vindelicorum a Theologis primum scriptam; additurque accuratior Menzeri descriptio. §. 2. confessio sumitur non pro actu confitentis, sed pro conceptu credentis, quo sensu Apostolus de Chri-

sto accepit i. *Tim. VI. 12. 13.* §. 3. Augustana
 dicitur non a loco primae delineationis, qui fuit
 Vitemberga, nec primae conceptionis, qui fuit
 Torgauia, sed accuratae digestionis, examinis, et
 solemnis exhibitionis, qui fuit Augusta Vindeli-
 corum. §. 4. An Symbolum possit adpellari, qua-
 ritur? §. 5. Resp. qua ueritates in Confessione con-
 tentas, siue qua materiam Calouio et Auctori est
 oecumenicum Symbolum, non qua ueritatum ex-
 ternam dispositionem et coagmentationem, siue qua
 formam externam. §. 6. repetit obiectum, §. 7. ori-
 ginem ex uerbo Dei scripto. §. 8. Auctores, qui
 post Spiritum S. fuerunt *Saxo*, *huiusque socii*, *ad-*
ministri uero Lutherus, *Melancthon*, etc. §. 9. agit
 de scripta Confessione ordin. et theolog. submissa,
 et de recognita, omniumque suffragiis probata, de
 confessione denuo, antequam recitarerur, ad Luthe-
 rum missa, §. 10. de fine, §. 11. de publica paelecti-
 one a Christ. Bayero facta. §. 12. commemorat, re-
 citatam ad se recepisse Carolum, Germanicum,
 quod paelectum fuerat, exemplum traditum esse
 Alberto Moguntino, in Archiuo Imperii adseruan-
 dum. §. 13. de mutatione ab Anno 1540. coepita
 Philippi in gratiam Zwinglianorum conqueritur,
 §. 14. 15. et 16. ad *Croci*, *Altingii*, *Heideggeri*,
Strimesii obiectionem in Art. X. addi ad uerba: *cre-*
dimus corpus et sanguinem Christi uere adesse et di-
stribui in Coena Domini, autor Resp. non omnem
 mutationem quoad descripta negari exempla, sed
 qua substantiam doctrinae. §. 17. uocis societatis
 acceptio

acceptio expenditur, §. 18. fundamentum, modus et effectus societatis. Crocius: *fundamentum non est ceremoniarum et rituum similitudo, sed consensus in fundamento doctrinae Christianae a Confessoribus propositae.* Sed cur reformati uestes ministrorum talares, exorcismum, altaria, cereos in altaribus, imagines item in ecclesiis Euangelicis usque adeo ferre non possunt, ut etiam plenius, sua saltim pro opinione, repurgaturi sacra, semper ab horum abrogatione initium fecerint in Hassia, Marchia Brandenb. Princip. Anhaltino et alias §. 20. et 21. Quod ceteroqui (Crocius) fundamentum societatis in fundamento doctrinae, (uerbo Dei,) non a consensu cum doctrina confessionis ponit, omnino suspectum est auctori, qui ponit rationem a priori societatis in consensu in eadem fide ac doctrina, et utriusque confessione, (*der dem NB. wahren Verstande der Augspurgischen Confession in seiner Meinung gemäß sey*) §. 22. et 23. uerus confessionis sensus ex ipsa confessione, (*iuxta Dei uerbum reuelatum,*) cognoscitur. §. 24. consensum cum confessione non qualemcunque, particularem, inadaequatum, sed categoricum, totalem et adaequatum requirit, quod negauit Crocius falso statuens, Palatinum t. t. habitum fuisse pro socio, cum aliud sit, aliquem pro socio confessionis non agnoscere, aliud pacis publicae beneficio indignum iudicare, socium esse Palatinum, negarunt maiores, pace tamen excludere noluerunt. Instat Crocius: *Philippus Landgrafius aliter sensit; sed distinguenda sunt tempora.*

Hic tandem in doctrina etiam de Coena cessit ueritati. Instat porro: *Brunsvicenses ubiquitatem generalem negasse, Vurtembergicos adfirmasse, Tubingenses et Giessenses, a se inuicem dissensisse, neutros tamen idcirco societate confessionis exclusos esse;* sed hos inter dissensus nullus fuit qua substantiam. §. 26. et 27. distinguitur inter confessionem internam et externam, haec §. 28. dicitur esse alia simulata, alia uera; §. 29. illa reuicitur, haec, quae fit et ore et corde, approbatur. §. 30. de modo confessionis l. ineundae, l. declarandae disputatur. §. 31. *Crocius duos fingit societatis gradus, alterum obligationis, alterum correspondentiae; obligationis, quando societas sic initur, ut et confessio in Ecclesiarum, Scholarumque usum recipiatur, et simul socii ad illius custodiam obligentur; Correspondentiae, quando qui fiunt socii citra obligationem, approbando confessionem in doctrinae fundamento, salua Ecclesiae libertate peculiarem confessionem edendi, nempe si non eandem numero confessionem cum Augustanis et Lutheranis recipient, recipient tamen aliam quandam, utpote Helueticam, quae quidem augustanae respondeat, cum eaque in fundamento consentiat, §. 32. et 33. Crocius refutatur, §. 34. uerus A. C. socius sifstitur, §. 35. Verae, germanaeque societatis beneficium pacis publicae, una cum potestate libere credendi, docendi et confitendi ea, quae continentur in A. C. Caesar enim Anno 1532. in comitiis Norimbergicis cauit, ne quis ordo in Imperio alteri sit ob religionem*

onem molestus, uel inferat bellum, Mauritius Saxo transactionem Passauensem A. 1552. extorsit, quam triennio post. A. 1555. auspiciis Ferdinandi I. Augustae Vindel. Pax firma, stabilis et perpetua exceptit. §. 36. et 37. in memoriam reuocat Zwingliorum et Caluinianorum machinas de pace participandi publica et Symbolis nostris subscribendi. §. 38. Monet, Reformatos centum fere annis post Augustanam pacem ius et priuilegium de religione sua, libere in Imperio exercenda post pactionem Vestphalicam esse consecutos, non ius societatis August. C. §. 39. rationes detegit, cur pro nostris et fratribus haberri cupiant. §. 40. repetitur inscriptio dissertationis, Caluino-Reformatos nec esse, nec unquam fuisse, nec dici posse socios A. C. §. 41. monet auctor, non quaeri de stilo curiae, numne Reformati ex huius praescripto, uel Protestantium, uel etiam Euangelicorum titulo cohonestentur, neque de sociis pacis, religioni datae, liberoque huius exercitio, sed de sociis confessionis ipsius et doctrinae, illa in confessione propositae, ueris, germanisque. §. 42. Reformatos hodie esse illos, qui quondam fuerint Zwingiani et Caluinistae. §. 43. quaestio §. 41. proposita, an sint socii? negatur, cum Epit. Form. Concord. Art. VII. p. m. 843. edit. Rein. et solida declar. sub init. bui. Art. et item §. 44. et 45. sequentibus rationibus. I. negari nequit, Caluino-Reformatos Aug. Confessionem nec condidisse, nec subscriptississe, nec obtulisse, II. Accedit, quod illi, qui cum Zwinglio faciebant, peculiarem in comitiis confessionem obtulerunt Im-

peratori. §. 46. Neg. quaestio III. quod Aug. Confessio Zuinglianis, seu Caluino - Reformati saltem in Art. X. directe est opposita. §. 47. neg. quaest. IV. quia Caluino - Reformati exhibitam, editamque Confessionem propalam improbarunt. §. 48. Neg. V. quia Caluino-Reformati uerbis confessionis, non sententiis, subscribunt, eandemque non in uero et proprio, sed a se illato, sensu accipiunt. §. 49. Neg. Quaest. VI. quia Caluino - Reformati ab A. Confessione et doctrina, ab eadem proposita, manifesto dissentiant. §. 50. Neg. VII. quia secundum Caluini doctrinam Reformati A. Confessionem reiiciunt, et alias, ab eadem non modo distinctas, sed et ei plane contrarias sententias amplectuntur. §. 51. Neg. VIII. quia Caluino-Reformati nec a Papistis, nec a Lutheranis, pro sociis A. Confessionis unquam sunt agniti. §. 52. Neg. IX. quia ne quidem in pactione Vestphalica et Osnabrugensi l. a Papistis l. a Lutheranis, ut pro sociis A. C. haberentur, consequi potuerunt §. 53. Neg. X. quicunque minus bene pro iisdem cum Lutheranis habentur, melius autem seorsim a Papistis et Lutheranis ponuntur, religionem quoque ab utrisque diuersam colunt, et proprio nomine non socii A. C. sed Caluino-Reformati dicuntur, hi socii A. C. non recte annumerantur. §. 54. Neg. quaest. XI. quia, confessionem Aug. iusto in pretio a nobis haberi, moleste ferunt §. 55. Quia XII. Caluino - Ref. Lutheranos, adeoque Aug. Confessioni sincere addictos, his illisue prouinciis uel penitus eiecerunt, uel tem-

pla

pla saltem eorundem, scholasque occuparunt, §. 56.
telum, ab Hornbeckio in Sum. Controv. L. IX. p. 709.
praeter meritum in Lutheranos coniectum, in Refor-
matos retorquetur.

Principio mensis Ianuarii Exercitatio Iuridica
de iure Statuarum Mercurialium ac co-
lumnarum milliarum, Praeside DIETER.
HERMANNO KEMMERICHIO, I.
V. D. Iuris Naturae et Gentium Profes-
sore Publico Ordinario, et Collegii Iu-
rid. Assessore, habita est, respondentе Au-
tore **CAROLO CHRISTIANO**
SCHRAMMIO, Dresena-Misnico. Vi-
temb. Literis Viduae Gerdesiae. plagg. 9½. cum
fig. 4. in tab. 1.

In Prooemio rationem profert A. N. cur hancce
dissertationem ediderit. Sectio I. agit de statuarum
mercurialium ac columnarum milliarum origine.
§. 1. Etymologiam ostendit, §. 2. statuas mercuria-
les, in uiis publicis, erectas esse columnas, uia-
rum, interuallorumque locorum, indices, definit.
§. 3. Originem potius a Graecis ac Romanis, quam
Hebraeis repetit. §. 4. Vbi Graeci et Romani sta-
tuas mercuriales posuerint, demonstrat. §. 5. mate-
riam et formam describit, et quasdam inscriptio-
nes producit. §. 6. Quid acerui mercuriales, ex-
ponit. §. 7. Quaenam eorum origo sit, inquirit. §.
8. Columnas milliares Romanorum esse inuentum,
asserit. §. 9. Materiam et formam inuestigat, in-
scriptio-

scriptionesque profert. §. 10. inuentum milliarium aureum quid, declarat, ii. Originem statuarum mercurialium, ac columnarum milliarium in Germania proponit. §. 12. Regium ac egregium institutum in Saxonia Electorali admiratur. §. 13. ordines, figuram, ornamenta et inscriptiones columnarum Saxoniarum explicat. Sectione II. Ius statuarum Mercurialium ac columnarum milliarium tractat. §. 1. Statuas Mercuriales inter res publicas, non sacras, referendas esse, censet. §. 2. Quid et quotuplicis generis res publicae sint, considerat. §. 3. Iura Principis circa res publicas. §. 4. Iura subditorum et exterorum circa res easdem illustrat. §. 5. Inter res publicas hoc loco imprimis uias publicas referendas esse, existimat. §. 6. Iura imperantis circa uias publicas, §. 7. Iura subditorum atque exterorum circa easdem enumerat. §. 8. Principi ius circa mensuram uiae ratione latitudinis et longitudinis tribuit. §. 9. Latitudo uiae publicae, quanta iure Sax. esse debeat, indicat. §. 10. De diuerso gentium modo, itinerum spatia, et interualla locorum dimendi differit. §. 11. Milliarium diuisiones et quantitates in genere, §. 12. in specie subministrat. §. 13. De quatuor milliarium generibus, quantitate et diversitate in Saxonia loquitur. §. 14. Incertam milliarium aestimationem reprehendit, et damnum ex ea incertitudine proueniens demonstrat. §. 15. Ius millaria definiendi Principi adscribit. §. 16. Hactenus dicta ad statuas columnasque Saxonicas applicat. §. 17. Vsum harum columnarum insignem

ac

ac multiplicem esse, peruincit. §. 18. Ius constituendi statuas columnasque milliares, usumque eorum definiendi Principi competere, statuit. §. 19. Landsassios, Vasallos ac subditos ad eas constitutas obligatos esse, contendit. §. ult. quo sensu columnae sanctae et inuiolabiles dici, et qua poena eorum uiolatores affici possint, exponit.

In medio ferme huius mensis, nempe d. 13. Ian. de Prophetis et Prophetissis sub Praesidio IO. CHRISTOPHORI WICHMANNSHAVSEN, Linguae Sanctae, reliquarumque orientalium Prof. Publ. Facult. Philos. Senior. et Biblioth. Acad. Direct. disputauit autor Respondens M. IO. CHRISTOPH. LVDWIG. Die XXIII. Ian. de Prophetissis adprime inclytis speciatim disceptarunt Praef. M. IO. CHRIST. LVDWIG. et Respondens CHRIST. AVG. LVDWIG SS. Theol. Cultor, fratres Germani. Vitemberg. Liter. Vid. Gerdesiae pl. 8 $\frac{1}{2}$.

Continent hae dissertationes sectiones tres, quarum prima habet paragraphos septem, secunda itidem septem, tertia paragraphos tres. Sect. I. agit de Prophetis. §. 1. et 2. etymum et notio נביא euoluitur, quam uocem deriuant alii a נבואה, alii a נז, plerique immediate a נבג, prophetauit, praedixit futura, uaticinatus est. Generatim connotat manife-

manifestatorem et declaratorem uoluntatis diuinæ,
qui uerba Dei eloqui iubeatur, *Gurtlero interpretem uoluntatis diuinæ, Marino Theologum, Witsio nunc intercessorem apud Deum, nunc amicum Dei, nunc eum, qui sacra cantica recitet, nunc hominem, qui de rebus diuinis loquatur, speciatim uero illam, qui Deut. XVIII. 22. רְבָר בְּשֵׁם יְהוָה רְבָר אֲשֶׁר וַיְהִי וַיְבוֹא*, iuxta Basiliū *Caesariens*, in Cap. III. *Ies. interpretationem*, ὡς κατὰ αἴποναλυψίων τῶν πνευμάτων προαγορέουσιν τὸ μέλλον, significantem, unde auctor נְבוֹא adpellitat cum Chrysostomo, *Homil. XXII.* προαναφώνησιν τῶν μελλόντων πραγμάτων, et ad obiectionem I. *Gen. XX. 7. et Ps. CV. 15.* Abrahamum et Patriarchas alios נְבִיאים audire, non alio, secundum Witsium, sensu, quam quod fuerint amici Dei. Resp. non tam ob intimum cum Deo amicitiam, quam potius, quod ipsis futura eo etiam fine, ut aliis aperirent, innotuerint, ita dici; ad obiectionem II. *Exod. VII. 1.* Aarone uocari נְבִיא Mosis, Resp. ad instar prophetæ accipiendo et deferendo uerba Mosis, quemadmodum Moses tam Aaroni, quam Pharaoni, instar Dei; ad obiectionem III. usum uocis προφήτων uarium esse, Resp. a graeca uaria τῶν προφήτων nomenclatura et acceptione genuinum τὸ significatum repeti non posse, ad obiectionem IV. falsos etiam prophetas נְבִיאים adpellari, Resp. hoc ipsum fieri aequiuoce et κατὰ ψεῦδος; ad obiectionem V. I. *Sam. IX. 9.* legi, prophetas antiquitus non נְבִיאים, sed רְאִים esse dictos, ergo Pen-

tateuchum uel esse sequioris aetatis, nec a Moſe conscriptum, uel נְבִיאִים apud Moſem non connotare prophetas. Resp. 1) *Witsius, uocem נְבִיאִים Moſis aetate quidem affuisse sub alio generali significatu, designasse intercessorem apud Deum et interpretem uoluntatis diuinae, sed specialem προφήτας notationem, temporibus demum posterioribus, accessisse,* 2.) *Clericus in Comment. ad b. l. statuere uidetur, quasi uerba supra allegata in margine ad u. ii. collatata fuerint, deinde uero e margine in textum ipsum, et quidem alienum in locum irrepserint.* 3.) Resp. auctor, *Witsio contrariari Deut. XVIII. 15. sq. et Num. XII. 6. Clerici fabulam detrahere de auctoritate S. Codicis, suam ipsius sententiam esse* 1) רָאֵה h. l. non συνονύμως hic prophetam esse, sed talem, qui positus a Deo erat, non ut ordinario prophetaudi, sed consulendi Deum, munere fungeretur, 2) antiquioribus temporibus רָאִים ordinatos esse diuinitus, ut homines eos adirent, siue consulendum, Deum, qualis לְרֹשׁ אֱלֹהִים erat Moses *Ex. XVIII. 15. sacerdotes per Vrim et Thummim Deum consulentes,* 2. *Sam. XV. 27. Hoc ipsum diebus insequentibus, una cum nomine, (conf. 2. Par. XVI. 7.) ad prophetas dimanauit,* 2. *Reg. XXII. 14. Ierem. XXI. 2.* 3) sensum allegati dicti constitui posse: *Quod bedie de Prophetis dicitur, (scil. quod interrogent Deum) id olim dicebatur de חֶרְאָה, hunc enim in modum uerbum נְרַפֵּעַ uerti posse, ex Esa. XXXII. 5. et LXII. 12. adparet,* 4) נְבָא in Niphal quidem signifi-

significare i. Par. XXV. 1. 2. 3. sacra cantica recitare, sed de Saule acceptum נָבִיא donum propheticum innuere, non tantum uirtutem hymnos cantandi. §. 3. *Virtus uaticinandi, contra Samuelem Petatum et Bened. Spinozam nequaquam naturalis statuitur, sed diuina,* §. 4. uox prophetarum, instar canonis, nunc ad institutionem, nunc ad paediam, nunc ad desiderium solis Iustitiae aspiciendi, fieri debuisse fertur, seposita paulisper notissima Spenceri fabula de Numine sanctissimo, superstitionum Ethnicarum imitatore. §. 5. docet donum illud προφητείαν non ex qualitate subiecti, seu dignitate eorum, quibus obtingebat, sed ex sola diuina uoluntate aestimandum, prophetas linguam solummodo ad loquendum, et digitos ad scribendum, tanquam instrumenta, Spiritui S. subministrasse, non sua, sed ipsissima Dei uerba protulisse, quemlibet mortalium aequa eiusdem fuisse capacem, neque adeo praecise sapientes, (contra Maimonidem,) aut pios, (contra Molinaeum, Neubusium, Ludou. Morerium,) uel etiam prophetarum filios prae reliquis ad hanc spartam suscipiendam, riteque ornandam magis fuisse idoneos, aut etiam illos, qui dispositionem naturalem in puncto formationis suae fuissent adepti, quemadmodum Maimonides, Kimchi, aliique existimant. §. 6. modum reuelationis diuinae hinc esse immediatum, hinc mediatum, malis autem spiritibus partes illas nunquam demandatas esse. §. 7. ex his reuelationis diuinae modis uarias prophetiarum species enatas, cum gradibus

tibus prophetiarum, a magistris Hebraeorum ex-cogitatis, non confundendas. Horum sunt, ex mente gentis Iudaeae, potissimum tres. Scil. 1) summus solius Mosis אָרוֹן נְבָאִים, 2) medius reliquorum prophetarum, 3) infimus, quem לְוַת שְׁקָרֶת nuncupant, et per quem non habitum pietatis, uti Wandelinus, *Diss. cit. iudicat*, sed auxilium diuinum, intellectui hominis ἀγιογεάθεος assistens, communiter intelligunt. Sectionis II. de Prophetissim, §. 1. feminarum usus in Ecclesia fit mentio, adseriturque ex canon. XIX. Concil. Nicæn. I. General. diaconissas pro laicis fuisse habitas, χειροθετicas tempore sequiori in mulieribus factam εὐλογίας solummodo, non autem καθιερώσεως causa, teste Zieglero in tract. de Diaconissis et Presbyterissim, nec altare S. officii gratia accessisse. §. 2. Ministerium feminis denegatum, maribus etiam ciuilibus apud plerasque gentes relinquitur, contra Pepuzitas, propaginem Montanistarum, Sec. II. ab urbe Pepuza dictos, Vlpianus, D. de Diu. Reg. Iur. 1. 2. Feminae ab omnibus ciuilibus officiis uel publicis remotae sunt, et, ideo, nec iudices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec procuratores existere. §. 3. nec ius in Ecclesia docendi feminis ob multa incommoda, turbasque concedendum. Hebrei, teste Wagenseilio in Sota p. 471. hic נְשָׂוֹת וּעֲבָדִים, mulieres et seruos excipiebant. Apostolus 1. Cor. XV. 34. 1. Tim. II. 12. mulier taceat in Ecclesia. Nec obstat, quod idem Paulus 1. Cor. XI. 5. γυναικα τρέψει.

Φητέυσταν introducat. Hoc enim uel cum D. Calouio ad h. l. de extraordinario docendi munere, uel cum Witgio de περὶ Φητεῖν, s. de τῷ canere, more radicis hebraeae, i. Chron. XXV. 1. 2. interpretatur auctor, quae coniectura uel inde etiam non parum roboris accipere uideatur, quia τὸ ἀρροφῆταιν cum uerbo περὶ εὐχῆν arctissime combinaretur. De turbis et tumultu mulierum Vid. Iob. Andr. Schmidius in Diff. Mulier Heterodoxa, §. 4. extra ordinem dona concedit feminis prophetica, §. 5. exemplis Mariæ, Elisabethæ, Annae atque sic amplius in medium reuocatis, reiectisque modernis et gentilium ueterum iactatis uaticinationibus, §. 6. exemplis ueteris instrumenti Miriae, Debora, Chuldae, recensitis, quibus addunt magistri Saram, Chan-nam, Abigail et Esther. Rauanellio uox prophetis-sae sumitur uel proprie, uel impropre, et quidem in bonam partem, ut uxor Esiae cap. VIII. 3. et in malam partem, uti Neb. VI. 14. prophetissa illa κατὰ Ψεῦδος. Esiae uxor prophetissa, et in ue-teri Ecclesia Diaconi ac Presbyteri uxor diaconis-sa et Presbyterissa communiter uocabantur eo sen-su, quo hodie dicimus die Frau Superint. die Frau Magisterin etc. Vid. Concil. Turonens. II. C. XIV. §. 7. finis prophetissarum praecipue attenditur. Sect. III. de Prophetissis adprime inclytis agens §. 1. producit Miriam, §. 2. Deboram, §. 3. Chuldam, qui-bus associant nonnulli Annam, i. Sam. III. Auctor qualibet paragrapho nominum notiones et pro-phe-tissarum origines et uitas sollicite, nec sine adhi-bitia industria, examinat.

Tri-

Triduo post, nempe D. XVII. Cal. Febr.

Πατριδομανίαν Eruditorum ad Corn.
Tacit. Annal. II. 88. Praefide IO. GVI-
LIELMO BERGERO, Sac.
Caef. Mai. et Potentiss. Polon. Reg. ac
Pr. Elect. Saxon. Confiliario, Historio-
grapho Regio, Eloq. et Human. Prof.
Publ. Alumn. Regio-Elect. Ephoro, pu-
blice edisseruit auctor **BENIAMIN GOT-**
LIEB GERLACHIVS, Lignic. Siles.
Vitemb. Literis Viduae Gerdes. pl. 6 $\frac{1}{2}$.

Dissertatio paragraphis XXIII. **πατριδομανί-**
αν in eruditorum exemplis spectat. §. 1. Locus Cor-
nelianus adfertur. §. 2. Amoris laſciui ratio com-
paratur cum **πατριδομανίᾳ**, quemadmodum ni-
mium externatum rerum studium **Ἑνομανία**, et
insana gloriae cupiditas **δοξομανία**, et item **μεγο-**
μανία, **εἰδωλομανία**, **βιβλιομανία**. §. 3. definitio
πατριδομανίας eruditorum, siue nimiae in patriae
suique charitatem propensionis et alienigenarum
contemtionis, strictim sistitur. §. 4. haec accitis po-
litioris doctrinae subsidiis excutitur. §. 5. institui-
tur diuisio **πατριδομανίας** in crassam, seu apertam,
et subtilem ac latenter, nec non in **πατριδομανίαν**
generatim et speciatim spectataim. §. 6. ratio tra-
ctationis. §. 7. inuestigatio cauſarum, quas inter
princeps nimius amor erga patrīum solum, §. 8.
secunda extrinsecus mouens opinio de praestantia

patriae, quam corroborant socordia et ignorantia, intrinsecus mouens cupiditas ex hac patriae praestantiae aliquos gloriae flosculos delibandi. Ad causam extrinsecus mouentem refertur §. 9. una ingenium loci, §. 10. educatio, existimatio clariorum popularium atque auctoritas §. 11. idea de patriae praestantia uniuerso animo informata, §. 12. elatio sui suaeque patriae supra alias nationes. §. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. πατριδομανίας commemorantur exempla ex Graecia, gente Romana, Italia, Francogallis, Belgio, Britannia, §. 21. Ξενουμανία Germanorum, qui contrario animi laborant morbo, censemur.

Die eodem πατριδομανίαv Eruditorum ad Cornel. Tacit. Annal. II. 88. praefide M. BENI. GOTTL. GERLACHIO, Lignic. Siles. tuebatur IO. DAVID. MATTHAEVS, Hanouia Siles. Sacr. lit. cult.

Auctorem huius Dissertationis πατριδομανίας specimen dare, per legum rigorem, oportuit, qui magistris non nisi octo permittit pagellas, unde incipit auctor §. 24. antecedentis dissertationis, et de πατριδομανίας agit incommodis, existimando per illam omnem historiae ueritatem conuelli, §. 25. multa de uirtutibus domesticis praedicari, exteros contra despici, eorundemque scripta extenuari, saepe etiam supprimi, monstrum illud §. 26. non literas solum, sed etiam rem publicam peruadere, §. 27. bonam denique formam atque existimationem uniuersae gentis πατριδομανίαv lacesse, §. 28. in huius corruptelae inquirit remedia.

Idibus

Idibus Febr. lucem publicam aspexit Disp.
de Autographis Vet. quam Praeside IO.
GVIL. BERGERO, Sac. Caef. Mai.
et Potentiss. Polon. Reg. ac. Pr. Elect.
Saxon. Consiliario, Historiographo Re-
gio, Eloq. et Human. Prof. Publ. A-
lumn. Regio-Elect. Ephoro, publice pro-
posuit Auctor IO. FR. GVHLINGIVS,
Chemnitio-Misnicus, Lib. Art. Mag.
Vitemb. Literis Viduae Gerdesiae pl. 4 $\frac{1}{2}$.

Dissertatio paragraphos XXVI. legendas si-
stit, et commemorat §. 1. Synonyma ἀυτογέαφει
et uocabula cognata, u. c. ἀυτόγεαφον ἐλεγχον
Plutarchi, idiographum librum Gellii, αὐχέτυπον
Ciceronis, chartam uirginem *Martialis*, id est, li-
brum, ex quo nondum αὐτόγεαφον sit translatum,
ἰδιόχειρον, quod est in fragmento Petri Alexandrini,
Chirographum Ciceronis et Suetonii, χειρόγραμμα
sequiorum temporum, manuscriptum, manum pro-
priam et manuscripturam, authenticum, cum sin-
gulari coniunctum auctoritate etiam in foro. §. 2.
strictim materiam, formam, ornamenta, u. c. scri-
ptiones in lapidibus, lateribus, cereis tabulis, fo-
liis et corticibus interioribus arborum, papyro ae-
gyptia, διφθέρας, hoc est, membranas a Cicero-
ne ad Atticum missas, linteos libros, elephantinos,
bombycinas, siue cuttuneas chartas, χειρογέαφιαν,
artem scribendi purpureis et aureis literis, §. 3.
Controversiae de Ebraeorum αὐτογέαφων scriptu-

ra, ως εν παρόδῳ, meminit, §. 4. monet, ex quo-
 rundam opinionem, Samaritanos literas hebraeas, ex
 odio, artificiosius inflexisse, Graecos literas, pri-
 mum ante eluisionem Deucalioneam, a Pelasgis et
 deinde a Cadmo, acceptas, mutasse, et numerum
 earum auxisse, quin imo uersus non a dextra
 solum, ut eorum praeceptores uulgo crediti Phoe-
 nices, sed etiam ΒετοΦηδὸν, et tandem plane a si-
 nistra incepisse, sequiorem aetatem adiecisse accen-
 tum, spirituum, immo nouas τὸ C, E, et aliarum
 literarum formas, Gallos et Germanos graecis u-
 sos esse literis, §. 5. attingit Hebraeorum distingue-
 rationem, §. 6. auctor putat, Graecis et Latinis olim
 ignotam fuisse omnem distinctionem, uersuum, si-
 ue Στίχων, numerationem esse antiquissimam, Cal-
 limachum apud Athenaeum in auctorum συλλά-
 bois et πίναξ consciendis στίχος numerasse, Dio-
 genem Laertium Aristotelis et Chrysippi, Plinium
 Zoroastris στίχος et uersus commemorasse, §. 7. 8. 9.
 10. 11. 12. in Orthographiam ueterum inquirit αὐ-
 τογράφων, u. c. domuis, fluctuis, huius dies, faci-
 es etc. §. 13. et 14. in signa idiographa, cuiusmodi
 sigilla ueterum, imagines principum, maiorum, a-
 micorum ipsorum Deorum, et Christianorum sym-
 bolum crucis, compendiorum scriptio[n]is, nota-
 rum numerorum, immo etiam liturae, in authogra-
 phis sacris maxime, euitatio, ubi auctor insuper
 σεγαρογράφια καλλιγραφία distinguit, et item
 scriptio[n]em αρχετύπων a scriptione αὐθεντικῆ
 quarum illa per compendia varia in palimpsestum,
 pugil.

pugillares, aut uiliores chartas, haec maiori cura
in macrocola, siue splendidiores membranas, unde
Philostratus Θεράπυς ἐς τάχος ab illis ἐς πάλλος
γέραφσιν internoscit. §. 16. de custodia αὐτογέρα-
φων apud ueteres edifferit, u. c. apud Haebraeos li-
brorum Mosis, Deut. XXX. 26. Athenienses maio-
rum αὐτογέραφων, actorum publicorum, decretorum
etc. in Metroo, Phrygiae Deae templo, asseruatorum,
Persas, Medos, Phoenices, Egyptios, Romanos, §.
17. de deflagrationibus bibliothecarum et, αὐτο-
γέραφων, §. 18. 19. 20. de negligentia et interitu αὐ-
τογέραφων, §. 21. et 22. de eo, quod nulla super-
fint hodie αὐτογέραφα, §. 23. de Euangelio Marci
MS. apud Venetos, §. 24. de Pandectis Florentinis,
quibus olim ob raram antiquitatem honor prope di-
uinus habebatur. Scriptura in eo singularis, Ma-
billonio ex Romano et Gothicō Charactere uidetur
mixta. Politian. apud Gruter. in Tb. T. I. Syllog. L.
XXXI. et Sigon. L. XI. de Regno It. Lothar. III. p.
270. edit. Wechel. §. 26. Interpretationem Seniorum
graccam in biblioteca olim Alexandrina, Apocalyp-
sin Iohannis ad S. Lupicinam in Burgundia, par-
tem Euangeli Latini Marci Pragae, Euangeliū
Iohannis, propria eius manu aureis scriptum literis,
apud Tolosates in ecclesia S. Saturnini seruari, auctor
aliis euoluendum relinquit.

Eodem die more consueto habita est Dispu-
tatio de Apographis ueterum, Praeside
M. IO. FRIDER. GVHLINGIO

Chemnitio Misnico, Lib. Art. Mag. Respondente IO. CHRISTOPHORO LUG
Augusta uindel. Vitemb. Litteris Viduae Gerdesiae pl. 2.

Auctor §. 1. agit de incuria in consignandis Apographis, §. 2. de notis eorum, §. 3. de ueterum sollicitudine, et cura genuina a spuriis segregandi, §. 4. de characteribus, §. 5. de ueterum ob depravationem apographorum querela, §. 6. de ueterum §. 7. 8. 9. et 10. de recentiorum cura et industria circa membranas antiquas, §. 11. de codicibus reuerendae uetus tatis, §. 12. de usu eorundem. §. 13. laudatur singularis *Io. Andr. Gleichii* in colligendis idiographis industria, et *Gentilottus*, a quo codicem Rudolphinarum Epistolarum aliasque Imperatorum diuinas manus, simul cum reliquis scripturis nondum editis, ex Augustissimo Vindobonensi tabulario edendas, orbis eruditus cupide expectat.

Die Februar. CHRISTIANVS VATERVS Ph. et Med. D. Path. P. P. nobis dedit Dissertationem Medicam, sistentem Hygienen, seu methodum, hominis sanitatem in statu integro usque ad destinatum a Deo terminum conseruandi, Respondente IOH. GODOFREDO HAENDLERO, Bischoffswerda Misnico, Med. Cult. Vitemb. Literis Aug. Kobersteinii, pl. 5.

Prae-

Praefamen a dementia eorum est desumtum, quibus hygiene, seu methodus praeseruatoria, minus curae cordique est, quique, nulla diaetae aliarumque rerum huc pertinentium habita ratione, sibi grauissimos morbos ipsamque mortem immaturam accersunt. Cap. I, ea in genere pertractat, quae ad praecauendos morbos praecipue conserunt. Thesis hujus I. ab officio hominum est deducta, quo tenentur, de iis, quae sanitati congruunt, solliciti esse, hinc Thes. II, docetur, omnia diligenter esse examinanda, quae cuiusvis constitutioni convenient, aut noceant, Thes. III, desideratur, ut in omnibus rebus modum seruent homines, nec limites diaetae excedant, Thes. IV. explicat, mutationes subitaneas sanitati maxime obesse. Thes. V. ex dicta causa asseritur, a mala etiam consuetudine, non simul et semel, sed sensim sensimque, esse receundum. Thes. VI. mutationis necessitatem in malis proponit. Thes. VII. quemuis ad sui ipsius examen perducit, quo discat, quae illi sint uitanda, et quae contra affectanda. Thes. VIII. affirmat, *sana omnia esse sana, praecipua uero prudentia et moderamine in praxi bujus regulae opus esse, simul innuit.* Thes. IX. dehinc prohibet, *hominem sanum rigorosis dictae legibus non esse adstringendum, sed interdum aliquid naturae et consuetudini dandum.* Thes. X. caput primum concludit edifferens, *medice uiuere sic esse optime uiuere; quatenus usui experientiae et rationi hic sit inhaerendum.*

F §

Cap. II.

Cap. II. De aere eiusque in hygiene moderatione maxime necessario agit. Thes. I. aeris necessitatem ad uitae conseruationem demonstrat, adeo ut illo, qui semel respirauit, ne per momentum carere possit. Thes. II. Aeris qualitates pertractat, atque aerem temperatum et ab impuritatibus liberum optimum censet, contrario uero se habentem ceu malae notae accusat. Thes. III. cautelas assert, circa mutationes aeris, ratione temporum anni attendendas tempusque uernale pro saluberrimo iudicat, quo praestet medicationes praeseruationis gratia instituere. Thes. IV. Aestatis constitutionem, aerisque hoc tempore mutationem, plurimis maxime proficuum, pertractat, adiecta cautela, ut quiuis suae constitutionis habeat rationem, quia etiam ad aestatem quidam pessime se habent. Thes. V. exponit autumni commoda atque incommoda, praeceptaque se hoc tempore a morbis praeseruandi tradit. Thes. VI. Hyemis euoluit naturam, illamque magis iuuenibus robustis sanguineisque conuenire, phlegmaticis uero scorbuticisque obesse, explicat. Thes. VII. Aerem non saltem secundum quatuor anni tempora, sed secundum mensem, diem, imo diei horam uariare, huiusque uariationis obseruationem necessariam iudicat. Thes. VIII. Ventorum in alterando aere utilitatem continet. Thes. IX. Sermo est de aere, ratione regionum, terrae atque aquarum multum uariante.

Cap. III. De alimentis rite recteque usurpandis praceptiones dat. Thes. I. praecipit, ut qualitates ali-

alimentorum accurate examinemus, damnatque cibum multifarium uno eodemque tempore assumum, et commendat contra cibum simplicem. Thes. II. cibi quantitatem esse uariandam, pro temporis anni constitutionis uitae generis aliarumque circumstantiarum ratione, indicat. Thes. III. assert, cibum, quando esurimus, esse assumendum, aliisque conducere bis de die cibum sumere, aliis uero monositiam utilem esse. Thes. IV. successiuam ciborum ingestionem et diligentem eorum masticationem suadet, solidaque et duriora reliquis ferculis inter edendum in robustioribus, fluida uero et humectantia in debilibus atque obstructionibus obnoxii praemittenda esse, iubet. Thes. V. quis salis communis, piperis, zingiberis, croci aliorumque condimentorum usus, ostendit.

Cap. IV. Quae circa potulenta, horumque assumptionem obseruanda sint, inuestigat. Thes. I. Potum non nutriendo corpori, sed delendae siti alimentisque diluendis inseruire, euincit, simul asserens pro potus conditione, cuius duo sint genera, hominisque constitutione, huius assumptionem esse uariandam. Thes. II. Aquae simplicis uirtutes extollit, cholerisque et siccioribus constitutionibus maxime conuenire, dicit. Thes. III. disceptatur, an aqua calida uel gelida sit ptaferenda? quae controversia dirimitur ex obseruatione constitutionum et consuetudinis. Thes. IV. calidi potus effectum, in specie Theae et Caffe elementa et uirtutes, enumerat. Thes. V. Potuum compositorum ex tritico, hordeo,

hordeo, auena et similiū additione rerum confe-
ctorum et nutritioni et siti et corroboracioni inser-
tientium, usum recenset multiplicem. Thes. VI.
Vini p̄ae aliis potus generibus praestantiam a par-
ticulis salinis, sulphureis et aqueis legitime tem-
peratis, deriuandam exhibet, addita insuper regula,
quo et quali uino uti conueniat. Thes. VII. Spiri-
tum uini, ob sal uolatile oleosum, multis praeficu-
um censet, huius uero abusum multis immaturae
mortis causam esse, simul perhibet. Thes. VIII. de
potus quantitate, secundum temperamenta et per
uitae laborumque genera dimetienda, uerba facit.
Thes. IX. quocunque tempore, siti urgente, po-
tum assumentum significat; illud tamen non faci-
le faciendum tempore somni, atque ipso dormien-
di actu, ob mala exinde prouenientia.

Cap. V. Complectitur cautelas circa motus et
quietis usum necessarias. Thes. I. loquitur in ge-
nere de motus commodis ad sanitatis conserua-
tionem plurimum ualentibus. Thes. II. motum o-
mnis aetatis, sexus et generis hominibus prodesse,
per adducta exempla, illustrat. Th. III. quibus for-
tior et quibus remissior leuiorque motus et labor
conueniat, nos informat. Thes. IV. Motum fortio-
rem ante cibi assumptionem instituendum esse,
neque post cibi usum lenem commotionem disua-
dendam iniungit. Thes. V. Quis laboris motusque
modus

modus esse debeat, sciscitur. Thes. VI. his quietis utilitatem et necessitatem adiungit.

Cap. VI. Quae in usu somni uigiliarumque sint cognoscenda, indagat. Thes. I. Quid somnus, quidque uigiliae sint, et quae commoda ex conuenienti harum rerum usu, ac quae contra incommoda ex illarum abusu oriantur, commonstrat. Thes. II. Somno moderato nihil praestantius ad restaurandas uires grauissimaque mala profligenda esse, hunc uero, prout etiam uigiliae, si modum excedant, multis atrocibus malis causam dare, probat. Thes. III. Largiorem hominibus siccioris constitutionis senibus atque infantibus, parciorem uero phlegmaticis et catharrhis, obnoxiiis concedit. Th. IV. Tempus nocturnum ob omnium rerum quietem, optimum ad capessendum somnum esse proponit, et repudiatum somno meridiano in robustis, illum saltē languidis, debilibus atque infantibus utilem dicit. Th. V. planum facit, decubitum in dorsum, faciem et uentrem damnandum, e contra uero approbandum decubitum in latus, retractis aliquantis per cruribus. Thes. VI. Quis et qualis locus dormitioni aptus esse debeat, decernit, adiecta admonitione, ut loca subterranea sanitati maxime nocua uitemus.

Cap. VII. Quae conueniant in regendis anni affectibus monet. Th. I. ob oculos ponit, quae et quanta sit uis pathematum anni, tam ad conseruandam, quam ad destruendam sanitatem. Thes. II. Difficultatem compescendi animi affectus, exhibet. Thes. III. Quae gaudium moderatum bona et quae contra

contra nimis uehemens atque effusum mala consequantur, refert. Thes. IV. Tristitiae effectum huiusque remedium in apricum dedit. Thes. V. Terrorum paria cum tristitia facere innuit. Th. VI. Irae uehementiam in conturbando corpore huiusque hinc moderationem maxime necessariam profert. Thes. VII. Quid amor sit uesanus, unde oriantur symptomata hunc comitantia, et quomodo illis succurrendum, iudicat.

Cap. VIII. Instructionem dat, quae circa excretiones naturales perpendenda sint. Thes. I. Utilem humorum retentionem, inutilium autem excretionem promouendam esse, ait. Thes. II. in transpiratione, multum ad morbos praecauendos ualente, occupata est. Thes. III. de fecum aluinorum separatione harumque excretione differit. Th. IV. naturalem urinae secretionem, seri depurationi, atque exinde multorum morborum praecautioni inservire, statuit. Hinc, eandem in naturali statu conservandam esse, hortatur. Thes. V. In enucleatione excrementorum narium et faucium laborem impedit. Thes. VI. Quid fluxus mensium, quae huius causa et quali regimine hic opus sit, dictitat. Thes. VII. Dissertationi finem imponit annexens doctrinam de coitu legitime utendo, cum enumeratione malorum immodi ci coitus et bonorum coitus legitimi et moderati.

Die XIV. Febr. GEORGIVS FRIDERICVS SCHROEERVS, D. Rector Magni-

Magnificus programmate indicauit Orationem, quam IOHANNES ERNESTVS ab AVERSWALDA, Eques Misnicus, ingenuarum Magister artium, Ordini Philosophico Adscriptus, de Meritis PIPPIN-GII habuit; Programma hic uides: Orationem autem, quam propter inopinatum Autoris iter acquirere non potuimus, futura parte curabimus perlegendam.

Tanta religionis tuendae cura personam antistitis, in ipsa Saxoniae sacrae specula, sustinuit HENRICVS PIPPINGIVS, tanta uitiae sanctimonia eluxit, ut, quantum diuinae mentis haberet atque in assiduo Numinis cultu defixa, rebus factisque, muneri suo conuenientissimis, testaretur. Tali uirtute qui se praebant, hos antiquitas pia ΘΕΟΦΟΡΥΣ usurpat, quasi Deum gerentes, illo clausum pectore, coelestis reuerentiae pleno, quod, ab ipso Numine inter suae homines delectum sedi dicatumque, et TEMPLVM DEI esse, docent sacrae literae, et religioso munitum studio, sancte haberi in uiolateque, seuere, nec sine graui uiolatorum poena, Paullo quidem interprete, iubent. Hic igitur, in Graeca uoce, non communis ille respicitur sensus Dei natura noti, de quo uir idem diuini Spiritus alibi monet, sed, altior quidam, doctiorque ac sanctior, quem non capit animus, nisi diuina luce collistratus. Longe plus hic abest, ut istud opinonis errore fingatur mentis lumen, quod, duce quodam Gregorio Palama, sibi tribuunt Hesychastae,

horum

horumque similes, cum, exuto uelut homine, diuinam iuduisse naturam sibi uidentur. Quid rectius hic senserint Christiani ueteres, pronuntiat Minucius Felix, cum, Deum *in nostra dedicandum mente, in nostro consecrandum pectore*, ostendit. Basilius porro Magnus, et alii doctores Graeci, amplificata uocis dignitate, ΘΕΟΦΟΡΟΝ appellant ipsum generis humani Seruatorem, qua tamen appellatione, deinceps in peiore detorta partem, cum, ad uirus opinionis nefariae disseminandum, male uteretur Nestorius in primis, huius quidem improbitati Cyrillus maxime Alexandrinus ac Damascenus obstiterunt, depravatique notionem uocabuli reiecerunt. Sed Theodoritus uerbum, qua Basilio aliisque probatum erat sententia, restituit in pristinum, eiusque macula, quam fraus asperferat, abtersa, distinctaque naturarum differentia, ΘΕΟΦΟΡΟΝ ΑΝΘΡΩΠΟΝ dictitauit, in quo simul omnis aeterni Filii diuinitas insit. Cuius quidem ΘΕΑΝΘΡΟΠΟΥ maiestatem, omni ex parte diuinam, qui, sacrario in animis excitato, continenter religioseque collunt, hos prisca pietas et incorrupta ΧΡΙΣΤΟΦΟΡΟΥ neruose, cum Theophane, praedicauit. Haud secius, ac, percelebratae uocis illius mente, de qua primum dixeramus, in sanctis hominibus spectata, Ignatius, ut accepimus, singularem ΘΕΟΦΟΡΟΥ uim interpretatur, cum, productus in Traiani conspectum, hoc ipso se compellat nomine, et, ecquis esset *Theophorus*, rogatus, *is*, inquit, *qui in pectore Christum portat*. Hic idem sententiam locutionis,

tionis, supra expositae, explicatiorem redderet, si quidem esset epistola ad Ephesios ab ipso exarata, cuius certe scriptor, quisquis fuerit, uno atque eodem loco, Ephesios, uelit, non solum Θεοφόρους esse, sed etiam πνευματοφόρους, ναοφόρους, αγιοφόρους. Ipse uero Ignatius ΘΕΟΦΟΡΟΥS elogio memoriae proditur, hac eadem probitatis nota in epistolarum, quae feruntur eius nomine, titulis insignitur, adeo, ut non nullis hoc ipso usus cognomine uideatur. Hoc eodem praeconio effertur apud Suidam Polycarpus, apud alios Paphnutius, alii denique apud alios, in libris maxime Graecorum sanctoribus uel cruenti ueritatis testes, uel alii sanctitatis opinione praestantes. Sunt, uti constat inter omnes, Dauides, Esaias, sacruates, Θεοφόροι, hoc est, diuino afflatu perculsi, iidem tamen, mutata uocabuli sententia, a Theodorito, Caetario, aliis, etiam Θεοφόροι dicuntur, uirtutum uidelicet, factis exprimendarum, memores omnium, quas aliis praeceperant ipsi, diuinitus excitati. Qua re nullus Isidoro Pelusiota maius haberri potuit honos eo, per quem nominatus est Θεοφόρος, praesertim, cum iudicaretur hoc ipso dignus, qui, teste Euagrio, nihilo minus sancte factis, quam eloquentia, sacra praincipue, nomen illustraret. Nec uero dissimilem uidit in Pippinio Θεοφόρον aetas nostra, meritoque suspexit, qui neutra profecto laude cessit Isidoro, utramque multis argumentis magnisque cumulate probauit. Siue Alexandrinis, Alexandrinus forsitan ipse, sacris

praefuit Isidorus siue Pelusiensis, dicendi certe genus, quod in eius comparet scriptis, attulit salubre, aptum ad docendum, eruditum. Illud quidem, cum omnes omnium mores hominum, luculenta oraculorum non fallentium explanatione, instituuntur. Istud, cum id, quod res est, oratione dilucida proponitur et concinna. Hoc denique, cum diuinae scientiae alia ueteris aeui accedit peritia, quae hominem, in Platone, Plutarcho, in primis Thucydide, uersatum nauiter, ostendit. Erat enim haec facultas illorum, quos erudiuerat Chrysostomus, ut Theodoriti, ut aliorum, quibus haud infelicior, Isidorus in tanto quidem magistro, sicut hunc ipse describit, una cum perspicuitate ac facilitate, habebat eloquentiae cuiusdam Atticae exemplar, perinde, ac praestantis omnis doctrinae, omnis praeterea laudis, quando, ut ait Sozomenus, praeclara Ioannis eiusdem oratio praeclaris simul operibus exornabatur. Ex ea re Isidorus, Chrysostomum imitatus, tam religiose, quam diserte, docebat, impurasque refellebat sententias, adeo, ut eos Origenis asseclae dicerent Pelusiotas, qui recte de sacris, optimi cuiusque iudicio, sentirent. Sicut mens Pippingii consimilis, consimilis quoque doctrina, sic eadem dos orationis Pippingiana, cui nullum diuinae humanaeque praesidium sapientiae defuit, sed haec eadem dos Chrysostomi simul cuiusdam ui, quae deficere uidebatur Isidorum, auctior atque acrior, qua permotus haud leuiter sensus cum pertractat Pippingius atrahit,

trahit, uerius hic orator uocari, quam Pelusiores apud Suidam, uidetur. Habet enim ingenii, quod nihil appetit humile, habet industriae, quae nunquam relanguescit, adiutores, rationibus suis utilissimos, quos uel Lipsia, ubi natus est, uel Vitemberga, ubi literis initiatus Academicis, ei subministrat. Tirocinio in patria posito, Athenas nostras profectus, colit Theologos magni nominis, Quenstadios, Deutschmannos, Loescheros, Valteros praeter ceteros, tum uiros eruditione uaria insig-
nies, Kirchmaieros, Roehrenseos, Schurzfleischios, alios, ab quorum alteris, nihil uel studii sanctioris est uel exempli, quin accipiat, ab alteris omnis disciplinae liberalis cultum capessit. Auger has scientiae opes, cum, reuertens domum, Carpzouios, Albertos, Seligmannos, Ittigios, officio sibi deuincit, praeterea, Felleros, Rechenbergios, Menccenios, illos certe uiros, a quorum uel sacro ore uel Socratico, quod scire iuuerit, uberrime manaret. Sic, cognitionis fundo lauius instructo, quod sanctum percepit atque integrum, primum in patria, tum in praecipuo Saxoniae loco graduque, caste tradit, assertumque fortiter in antiqua sistit sede, praeceptum suauiter Paullino condit sale, expressum luculenter sacro quodam flore conuestit. Congruenter suis uixisse monitis celebratur Isidorus, arbitratus, sicut ad Zosimum scribit ipse, graues in primis omniue uirtute temperatos esse sacerdotis mores oportere, multo profecto sanctiores, quam cuiuslibet aliis hominis pro-

bi, propterea, quod inter hunc illumque tantum intersit, quantum inter coelum atque terram. Vita sic composita, tanti habitus est, ut uiua quae-dam diuinae contemplationis ac spirans putaretur imago, ipsisque uideretur praesulibus, quos dignitate non aequipararet, maxime uenerandus. Par uitae lumen praefert Pippingius, par dictis addit pondus, publice priuatimque dato, quod doctrinae respondeat, quod antistitem deceat, exemplo, eximiarum utique uirtutum commendatissimarumque pleno. Hoc praeclare faciendi proposito in omnem uersato partem, grauitatem lenit humanitate, sacra consilio curaque ac uigilantia moderatur, ne quid in religionem corruptelae, ne quid in sacerdotii disciplinam libidinis, immigret, mature prouidet, scholis etiam, uel constituendis recte uel regundis, consulit, ingenii denique fo- uendis, excitaudis ad industriam, patria subleuan-dis munificentia, eandem praestat fidem, in omni deliberatione publica promptus aequa ac prudens, quam seuerus tam incorruptus, uber differendo neruofusque perinde, ac mouendo persuadendoque felix. Hinc illa, quam iniit hic idem apud summos, gratia, illa, quam obtinuit apud alios, auctoritas, illa prostremo Pippingiani nominis fama, quae, iam pridem Saxoniae fines egressa, latius uiget in animis, uigebit in monumentis ingenii, prodeturque posteris, nec ulla deinceps obliuione longinqui temporis obsolescet. Tanti merita uiri copiosius exponet perquam Generosus Clarissimusque Vir,

IOAN-

IOANNES ERNESTVS AB AVERSVALDA,
Eques Misnicus, ingenuarum Magister artium, Or-
dini Philosophico Ascriptus, quem, *Craſtino*, ab
Hora IX. matutina, in Acroaterio Magno, dictu-
rum, ut audiatis frequentes, uos, CIVES, horta-
mur. P. P. a. d. XVI. Cal. Martias, anno salutis re-
ſtitutae CIC 1500 XXIII

Die XVI. Febr. ex antiquitate Ebraea de
Thymiaterio Sanctissimi, occasione *Ebr. IX.*
¶ pro loco, in amplissimo Philosophorum ordine
sibi beneuole concessu, rite tuendo, disputauit Prae-
ſes, IOH. IVSTVS Sonneschmied Libe-
ral. Art. Mag. Respondente IOH. PAVLO
RAM, Freiberga-Miſn.

Disputatio XIV. §§. conſtat. §. 1. Θυμιατήριον tam thuribulum quam altare ſuffimenti
denotare, ex Iosepho probatur. §. 2. Iuxta Augustini ſententiam, altare ſuffimenti Sanctissimo adiu-
dicantis, Θυμιατήριον Χεισθεντόν *Ebr. IX. u. 4.* altare
illud ſuffimenti ſive aureum intelligendum eſſet. §.
3. Loca Scr. S., quae Augustini ſententiae fauere
uidentur, illi potius aduersantur. §. 4. Repugnat
ei quoque, quae de ſitu altaris aurei in monumen-
tis antiquitatis Ebraeae leguntur. R. Iuda enim,
illud inter candelabrum et mensam, adeoque in
Sancto obuium fuiffe, affirmat, iuxta Gemaram Tra-
ctatus Talmudici *Ioma*. §. 6. Idem ſitus confirma-
tur ex Baraita in *Gemara* ad *Ioma*. Normae hu-
ius traditionis responderet ſitus altaris aurei, qui in

ichnographia templi Hierosolymitani circa finem
Tractatus *Middoth* in Additionibus *tom Tobb.* ex-
hibetur. §. 7. cum doctrina illa exotica conuenit
quoque *Maimon.* Hac occasione notatur *Buxtor-
fius*, Filius, nec non *Lightfoot*, qui mentem *Mai-
monidis* atque *Gemarae* minus recte expressit. §. 8.
Nec *Iosephus* a Talmudis doctrina alienus est. §. 9.
objectioni, cur altare aureum in Talmude dicatur
מִזְבֵּחַ פְּנִימִי, altare interius, occurrit auctor. §. 10.
Sic altari thymiamatis e *Sanctissimo* remoto, *Bux-
torfius*, Fil. et B. *Pfeifferus* thuribulum aure-
um *Sanctissimi* in Epistol. Ebr. intelligendum esse
contendunt. Quorum sententia, ut eo melius di-
judicari possit, iam ea, quae de hoc thuribulo au-
reо in antiquitate Ebraea traduntur, studio collecta
communicantur. §. 11. ut Pontifex M. expiationis
die thuribulo quodam, ope cuius carbones in *San-
ctissimum* inferret, uteretur, praecepit Lex diui-
na *Leuitic. XVI.* 12. sed, non determinauit, aure-
um, an argenteum illud esset? *Aureum* vero huic
usui destinatum fuisse, apparet ex Ebraeorum tra-
ditione. §. 12. Licet, thuribulum *quotidianum*, quo
carbones in *Sanctum* portauit, etiam fuerit *aure-
um*; §. 13. thuribulum tamen *aureum* *Sanctissimi*
ab eo fuit diuersum. Scilicet (1) hoc illo erat
leuius, teste *Mischna*, *Bartenura*, *Gemara*, atque
Maimonide. §. 14. *Maimon.* quidem thymaterium
aureum *Sanctissimi* graue fuisse, affirmat, sed re-
spectu *cochlearis*; quod illud vero respectu *thuri-
boli quotidiani* leue fuerit, ex ipso *Maimonide*, at-
que

que Bartenura euincitur. §. 15. (2) Thymiaterium aureum Sanctissimi manubrio longo, quotidianum uero breui fuit instructum, decente *Gemara*, tam Hierosolymitana quam, Babylonica, atque Maimonide. Notatur *Lundius* §. 16. (3) Thuribulo Aureo Sanctissimi fuit נישתיך, non autem quotidiano, iuxta *Gemaram* Babylon. Autumat *Raschi*, פנישתיך fuisse annulum. *Buxtorfus*, Pater, uerbis *Raschi* minus recte intellectis, annulum hunc **Capiti Summi Sacerdotis** male tribuit in *Lexic.* *Talmud.* p. 406. Obseruatur in *Tosaphoth*, quod in *Talmude Hierosolymitana* pro ניאשתיך legatur כוֹהַך ib. theca. §. 17. Cuius *Talmudis* uerba ipsa adducuntur. נשָׁתְך tegumentum notare, ex *Lexic.* *Aruch* ostenditur. §. 18. *Buxtorfus*, Pater, l. c. male per נאשתייך intelligit chirothecam aeream Pontificis M. fuit potius theca, siue tegumentum, quo manubrium thuribuli aurei, Sanctissimo consecrati, instructum fuit, ne manus Sacerdotis S. aduretur. §. 19. Licet igitur haec theca inter manum Pontificis atque manubrium thuribuli intercesserit; ea tamen non constituit aliquod interstitium inter utrumque, quia ope clavorum manubrio fuit affixa ex sententia *Talmudis Hierosolymitani* atque *Tosaphoth*. §. 20. (4) Tandem Thymiaterium Sanctissimi ex *auro rubro*, quotidianum uero ex *uiridi* fuit confectum, teste *Mischna* atque *Gemara* in *Ioma*. Hoc aurum rubrum inter septem illa auri genera refertur, diciturque aurum פְּרוּז, quia

iuuencorum Sanguini simile fuerit iuxta *Gemaram*. Discrimina haec uberius explicata, iam ex R. Ascher in compendio exhibentur. §. 21. Peculiarre thymiaterium aureum, *Sanctissimo* proprium, in festo expiationis eò illatum fuit a Pontifice Maximo, iuxta *Leuitic.*, *Mischnam* atque *Maimonidem*. §. 22. Hoc thuribulum aureum, carbonibus plenum, sollicite distinguendum est a thuribulo aureo, quod *Suffimento* instructum fuit, monente *Gemara* ad *Ioma*. §. 23. Thuribulum illud aureum, carbonibus plenum atque expiationis die in *Sanctissimum* illatum, sic quoque reuera in eo extit; peractis uero peragendis, eodem die *exinde* elatum est a Sacerdote Summo, referente *Mischua* atque *Maimonide*. §. 24. licet in *Scr. S.* nihil de thuribili huius *eductione* praeceptum legatur; eam tamen ex *Leuitic. XVI.* 23. tam in *Gemara Tractatus Ioma*, quam *Siphra* eliciunt.

Die XXVII. Febr. edisseruerunt de Dis-
fensu Emendatae Temporum Formae
statuum Germaniae Protestantium a Ka-
lendario Gregoriano Anno 1724. IOH.
FRIDER. WEIDLERVS, Super. Math.
P. Ord. et GEORG. IMMAN.
WEIDLERVS, Fratres consanguinei.
Quam materiam doctrinae totius Chronologicae
decantatissimam eo confidentius perreptandam exi-
stimauit, quo magis in omnium ore et auribus tunc
uersabatur. Vitemb. Literis Gerdesianis pl. 4.

Qua-

Quapropter ante omnia in fundamenta, et rationes, quibus utrumque tempus nititur, inquisuit, eaque repetit ex ultima antiquitate *Leuit. XXIII. 5.* quo in loco cum nec mensis determinetur, nec magnitudo uel illius uel anni definiatur, altercationes ultro citroque subnatas recenset, eique Iudeorum unanimis posterioris aeui consensio sufficit, secundum quam anni formam lunae solarem in illa gente usitatam fuisse constat. Haec de Iudeis. Quod ad Christianos, eos, tam qui orientis, quam qui occidentis prouincias incoluere, P. C. N. festiuitates, traducto licet in feriam primam die dominico, cum apellis celebrasse tradit, cuius rei seriem, dissensum Christianorum canones nicaenos quatuor paschales, ex ecclesiae praxi, et coaeuorum scriptorum monumentis depromtos, necessitatem formam Kalendarii reformandi ab omnibus communi consensu desideratam, uariisque conciliis publicis agitatam enarrat. Tandem Gregorii XIII. P. M. correcti Kalendarii momenta praecipua refert, naeuos autem ex disputationibus *Ioh. Scaligeri, Mich. Maestlini atque Seethi Caluissii* clariores reddi existimat. Praecipue manifestos ab ipso Claudio ingenue concessos errores urget, et nuper admodum Clementem XI. P. M. remedia mendorum conquisiuisse aperit, euentu licet frustraneo. In quam uitiosam Calendarii formam cum Status Germaniae Protestantes consentire nequiuisserent, mox ad notatu dignissimam Erhardi Weigelii hortatu a. 1700. initam correcti-

onem sese uertit, cuius operis praeclarissimi fundamenta ut eo dilucidius clarescant, ipsum conclusum Ratisbonae d. 23. Sept. a. 1699. factum in uernacula repetit ex *D. Klausingii Tr. De optima Temporum emendatione.* Quae forma ipsi uidetur simplicissima, peruetustis coetus Christiani institutis aptissima, nullisque mutationibus obnoxia, quae enim meridianorum incertitudinem a nonnullis oppositam, et metuendam propterea cum Iudeis collisionem concernant, in iis otium sibi fecisse *Hambergerum in Diff. De Basi Computi Ecclesiastici* putat. Tandem, calculo Chronologicis consueto, plenilunium paschale in d. IX. April. cadere, deducit, quae festivitas Gregorianis differenda in XVI. April. ob decretum ea propter publicatum. Ut uero constet, quid hoc in negotio A. 1724. suscipiendum sit, ex publicis Hallensium relationibus decreta in Comitiis Ratisbonensibus sancita, et praesenti et futuro tempore obseruanda excerpit, causae Evangelicorum iustitiam confirmat calculo astronomico secundum Riccioli Tabulas Noualmagesticas instituto, speciatim quatuor rationes assert: (1) ab ipsa Pontificiorum confessione de mendis non paucis in formam Gregorianam subirreptis. (2) a suspicione facile subnascibili, praetextus loco saltem astronomici calculi rationem ab Evangelicis esse receptam, si cum aduersa imperfectiori forma hoc in casu conspirent. (3) a securitate qua nulla facile in Rem publicam metuenda esse incommoda sibi persuadet. (4) a raritate casuum, quibus a Gregorianis

nis forsitan bis terue hoc seculo discedendum esse,
inquit.

Idem Cel. A. adiecit Additamentum De NOVO
SIDERE LVDOVICIANO, quod obseruasse pri-
mum uisum est Dn. D. Liebknechtio Math. Pr.
apud Giessenses, qui non erubuit idem dedicasse, in epi-
stola peculiari propterea conscripta, Sereniss. Prin-
cipi Iuuentutis Luduico Hassiae Landgrauio d. i. b.
a. Ian. quod astronomis aliis hactenus inobserua-
tum in ursae maioris sidere inter alcor et stellam
Bageri γ sese non quod pueri in faba detexisse gau-
det. Quam rem sub examen uocaturus Cel. Prae-
ses, d. XIV. Febr. Telescopium sese applicuisse,
sed frustra fatetur. D. XV. Febr. aliud erigi cura-
uit distantiae longioris, et ecce comparuit hoc si-
dus at subobscure, iteratis denique obseruationibus
d. XVI. XX. XXII. Febr. nitidius enituuisse largitur,
ex quibus prono alueo fluere ratus inerrantium na-
tura praeditum esse hoc sidus, (1) quod motu de-
stituatur, quicquid enim pro eodem stabiliendo ad-
ferri queat, refractioni potius imputandum esse ait,
ea imprimis tempestate, qua in horas mutabilis at-
mosphaera uulgo deprehenditur, (2) quod Lux ap-
pareat scintillans et pura, (3) nec nouum ideo dici
mereri, quod nudis hactenus oculis in conspicu-
um radiarit, sed tempore potius edoceri nos opor-
tere testatur. Vnde adeo totius negotii summa in
eo collineat, in negantis sententiam ipsum incli-
nasle.

Sicuti honores Academicos praecedunt labo-
res;

res; sic pro gradu Doctoris Theologiae obtinendo Orationem ad feliciter auspicandas lectiones publicas cursorias, ut uocantur, GEORGIVS WALLIN, habuit, ad quam beneuole audiendam Decanus Ordinis Theologici MARTINVS CHLADENIVS, S. S. Theol. D. Eiusdemque P. P. Templi ad Arcem Praepositus et Senatus Ecclesiastici Assessor, inuitauit Academiam programmate, quod hic Tibi, Lector Beneuole, sistemus, in quo de Eruditis Angermannis agit, uitamque Candidati nostri describit. Orationem Autor ipse edidit, in Libro suo, qui de Sancta Genoueta Parisiorum et totius regni Galliae Patrona disquisitio inscribitur.

Magna animi mei uoluptate calatum appreheundo ad sistendum publice Candidatum, Maxime Reuerendum atque Amplissimum, Dn. M. GEORGIVM WALLIN, SS. Theologiae Lectorem primarium Gymnasii Regii Suecici Hernösandensis in Angermannia, et Consistorii Assessorem, insigniter de ecclesia patria et re literaria meritum. Dum enim Vir Leucoreae nostrae amantissimus ab extremis fere Septentrionis regionibus nouissime Gallia, Heluetia magnaue Germaniae uniuersae parte peragrata, sub redditum huc delatus est, et internos uersatur, atque conspectorum tot reguorum, prouinciarum et populorum messem ac fructum una cum honoribus Doctoris a nobis impetrandis in Patria secum reportaturus est, nullum prorsus dubium

bium occurrit, quin, sicut nos de hoc negotio sancto quadam gaudii sensu tangimur, ita ad terras illas Hyperboreas, earumque statum ecclesiasticum, non parum utilitatis sit redundaturum.

ANGERMANNIA, in qua Candidatus noster Clarissimus ex Regia clementia sedem uitiae et fortunae suae hactenus collocare iussus, triplici cumpromis nomine nobis commemoranda est. Non modo enim inter *praecipuas Sueciae prouincias numerari* meretur, ob dotes, quas cum aliis partim communes, partim singulares habet, et quibus incolas atque aduenas uelut ad se trahit et allicit, uerum peculiares quoque sunt causae, quae illam redundant Candidato nostro gratam et iucundam. *Gymnasium* enim *Hernösandense*, praeter alias celebritatem, qua inter dirissimas et truces flamas, quibus subinde urbs ista primaria Angermanniae afflitta est, perdurauit, uiros alit eruditos uarios et Candidatum nostrum tenerrime amantes. Luculentum huius affectus in manibus meis est documentum, quo Collegae Clarissimi ZACHARIAS PLANTIN, IOHANNES GENE, IACOBVS VNAEVS, ISRAEL STECKSENIUS, ERENGISLVS BOHM, NICOLAVS STECKSENIUS, et NICOLAVS NENZELIVS, Professores Gymnasi meritissimi ipsum exceperunt, et in oras exteriores, iterata uice proficiscentem, comitati sunt. Horum concordia et labore coniuncto, uti hactenus frequentissimos et ex remotis terris collectos educauit alumnos, ita et Genti Suecicae non saltem

tem imposterum erit pharetra Iuuenum doctorum, sed officina quoque, in qua aliarum, ac speciatim Lapponicarum gentium, aliqua adhuc forsitan morum intemperie prae aliis laborantium, iuuentus plane mansuetat, et ad omne decus componatur. In illis enim populis emolliendis, et in uero Christianae fidei uirtutumque sanctorum cultu ulterius confirmandis, cum *Parens Candidati nostri Venerabilis* per multos satis annos, tanquam uerus et genuinus Episcopus, omnem curam, sollicitudinem et operam collocauerit, uel *boc unum argumentum esse et Candidato nostro potest, quare Angermaniam suam tantopere diligat, et nobis ipsis cogitandi materiam praebere, quantum in coelis gaudium exurgat, ubi populi integri, superstitionibus quondam imbuti, ad ueram Christi cognitionem, absque admixto falsae religionis fermento, adducuntur, atque in ea sensim et locupletantur et confirmantur, ut, quicquid naeniarum ex ueteri idolatria supersit, serio atque ex toto pectore abiiciant, animisque ad Saluatorem amplectendum, et Sanctioniam infucatam exercendam compositis et ad-suefactis, auersentur.*

Extendit se ille Episcopatus, cuius sedem constituit Angermannia, si longitudinem numeres, ad centum triginta, et quod excurrit, millaria Germanica. Latitudinem, ubi minima est, quadraginta conficiunt millaria. Non modo eas Ecclesiias complectitur, quae in Suecicis prouinciis, uersus meridiem sitis, *Iemtia, Medelpadia, Herdalia, spatio sis*

spatiosis fane et amplis, habentur, sed etiam, quicquid *sinus Bothnicus* in ora sua et littore Occidentalium Suecicorum et Septentrionalium regionum capit, ad curam illam pertinet. Vnde etiam uastissimi illi et uere imperui tractus *Laponici*, in *An-germannicam*, *Vmensem*, *Pithanam*, *Lulanam*, et *Tornacensem* Marchiam diuisi, et usque ad extremitates, quas *Norwegia* itidem Lappicas summas habet, extensi, Episcopia illa Ecclesiastica diriguntur. Datur sic opera haud perfunctoria, ut inter intensissima frigora, illis prouinciis propria, et tametsi non absque uicissitudine, uelut domestica, ferueat uerae ac solidae pietatis studium, et uigeat uerae ac solidae pietatis studium, et uigeat sincera Numinis inuocatio, remotis omnibus, quae interdum humana uel curiositas, uel hypocrisis, uel ineptia, uel luxus cultui puriori alibi admiscuit, uel etiam ex Gentilismo ueteri uelut reliquiae quedam rationibus uiuendi adhaeserunt: Eum in finem itinera, quae per aestatem plane inaccessibilia sunt, hyeme inter niuis et glaciei cumulos, frigorisque immensam interdum uehementiam ab Episcopis conficienda, ut per uisitationes Ecclesiasticas ordo partim instituatur, partim seruetur, et homines adulti puerique, quomodo in agnitione Numinis profecerint, explorentur.

Has sane postremum nominatas gentes Laponicas diu satis Ethnicis et plusquam Cimmeriis tenebris immersas fuisse, extra omnem positum est dubitationem. Etiamnum uero nonnullos in illis

ita

ita haerere, ut Christianum nomen non profiteantur. GVSTAVI ADOLPHI enim et sequentium Regum laudatissima sollicitudine effectum est, ut, cum lustratione et censu hominum, a Praefectis peracto, etiam status religionis purioris firmaretur, et reliquiae atque uestigia antiquarum superstitionum expurgarentur, et per Ordinationem Ecclesiasticam, a NICOLAO ANDREAE, Pastore Pithensi, confectam regioque auspicio introductam, omnia emendaruntur, (Schefferus p. 79.) Atque, hanc fuisse causam, probabile est, cur CAROLVS XI. Rex gloriosae memoriae, paucis ante obitum annis *Tornouiam*, itinere satis prolixo, ad remotiores Lapponicae gentis fines se conferret, ut nempe non saltem Solis, ibi inoccidui, esset spectator, sed ut etiam de statu religionis inter populos illos suos diligentius percontaretur, fidemque suis ipsius oculis haberet. Nam et si uel illud ipsum solis spectaculum, per uniuersam noctem sine occasu uiuidissimis radiis, sub solstitii aestuialis tempore lucantis, adeoque cum tenebrarum exclusione diem continuum efficientis, et fructuum maturitatem ueluti anticipantis et accelerantis, pascere aduentoris mentem possit, quod non diffitentur, praeter IO. SCHEFFERVM allatum, OLAVS RVDBEKI-
VS, IOANNES BILBERGIUS, et alii testes, partim *αὐτόπται*, in suis descriptionibus: magis tam simul delectat rem recte cogitantes, intueri simul, qua ratione Sol iustitiae radios suos in corda hominum alias feritate quadam, nisi per uerbi diuinis

uini praedicationem mansuescerent, a consortio aliorum hominum alieniores, diffundat, eoque permoveat, ut et si aliqui dispersi et palantes, nihilominus ad cultum Deo uero praestandum, certo tempore, confertim congregentur, et colligantur, infantibus suis Baptismum, sibique ipsis SS. Coenam impetrant, et uerbo praedicato, magna admidum attentione plausu et gaudio, auscultent, atque tandem laeti uelut et ouantes ad sua redeant. Non dissimulat hoc SCHEFFERVS ex TORNÆO descript. Lappon. p. 93. eos inter alia feruoris sui Specimina in sanctificando Sabbathi die admidum esse accuratos, et in canendis hymnis inuicem eos certare, quis alterum superare possit. Quod una cum aliis ritibus antiquis et uitae institutis permouit RVDBEKIVM Sen. ut, uniuersam illam gentem progeniem ueterum Iudeorum dispersorum esse, pronunciauerit, cuius sententiam ubi uisus est filius sequi et defendere, in libro antea allato, LAVRENTIVS NORMANNVS Poeta celebris Suecus hoc carmine eum salutauit!

*Qui genus? Vnde domo LAPPI? quo Sanguine creta?
Reliquias tribuum credin' OLAVE, decem?
Mira fidem promissa leuant. Quae causa remotas
Quaerendi sedes, frigidaque arua, uiris?
Libertas, ne quicquam alibi quaesita: sub Arcto
Hospitibus tandem tutu reperta nouis.
Sacra quidem et ritus patrii perierte nec ullus
Librorum miseris usus aperte manet.*

Nulla Iacobaeae ne igitur uestigia stirpis
 Nunc superant? Mores, Sabbath, Laeta Quies.
 Sessio. Tecta. Greges. Habitusque. Humilisque figura.
 Et color et sermo missus Hyperboreo!
 Credimus! an dubitamus adhuc! haerentibus istum
 RVDBEKI nodum docta machaera secat.

Quae an ita se habeant, alii disquirant ulterius. Antiquitatis coeterum ultimae uestigia uel in modo habitandi satis dilucida se offerunt, ubi populi illi tuguria saltem etiamnum incolunt, illaque hinc inde transponunt, atque circumferunt, Gentes Scyticas Orientales uel Indicas etiam Americanas, uel praeēuntes uel imitantes; ut uictus et uniuersi escae generis simplicitatem, quam strenue adhuc sectantur, armentorum *Rangiferorum* greges, quibus et uictum, et amictum, et domos, et instrumenta, et ornamenta sibi praeparant, taceamus. Quodsi ita se haberet, documento esset manifesto, in quantas tenebras populus aliquis ueritatis luce deuolui, ex iusto Numinis iudicio, et quam difficulter rurus extricari et perduci ad ueram fidem queat. Hac enim ratione ex Iudaismo ad Gentilismum, ex Gentilismo ad Papismum, Gentilismo reuera huc permixtum, et tandem ex hoc ad uerum et salutarem Numinis cultum adducti essent, quae quanta sit felicitas, nulla hominum lingua effari poterit.

Vnum enim sigillatim inter tot impedimenta innumera memorabile fuit, quod conuersionem Lapponiarum gentium reddidit admodum difficilem, ac fere, nisi per exquisitissimum laborem, plane insu-

insuperabilem. Etsi enim earum lingua cum Esthonica et praesertim Finnica quodammodo conueniat, ut uel ex ANDREAE GREIFFENHAGIE Editionibus Orationis Dominicae p. 56. 57. discimus, uel ideo tamen in his quoque ipsis populis tardius paulo negotium conuersionis, nec minus aegre, succedere et perfici potuit, quoniam confitatem illam adeo a Suecorum lingua, qui uictores et dominatores illarum regionum extiterunt, alienam esse, deprehendebant, ut ne ullum quidem uerbum sine interprete intelligeretur, radicibusque primitiuis praesens different. Vnde mature cogitandum fuit de transferendis primum in eam linguam *precibus, hymnis, Euangelicis et Epistolicis Pericopis, Psalmis* aliisque partibus Scripturae et *Liturgia uniuersa*, quae ita etiam expedita sunt, ut hactenus purior religio longe lateque inter illos uigeat, abrogatis penitus, quae quondam de illorum fascinationibus et dementationibus Satanicis per *tympana, crotalos, annulos, et uaria praestigatoria instrumenta* alia, annotarunt Scriptores cum Lectorum stupore, seruata in reliquum adhuc simplicitate ueteri, ac instabili uiuendi atque hinc inde hospitandi genere, quodammodo insuper necessario, et rei familiaris ratione id requirente, unde uerae pietati illud impedimento esse non poterit, cum primis si accesserit *integra uniuersae Scripturae Sacrae*, uel saltem *Noui Testamenti vernacula interpretatio*, quam Max. Reuerendus *Candidatus noster* parat, cuius lectione domestica in tuguriis

suis Lappones ulterius animas excolere , et pasce-
re queant, dum interea ipsi, ipsorumque filii in Scho-
lis hinc inde erectis ad legendas pingendasque lite-
ras sedulo et diligenter instituuntur , et ad Christi
saluificam notitiam largius sibi comparandam, sci-
entiasque et studia excolenda selectiora ex illis inge-
nia distinguuntur et manuducuntur , quae aliquan-
do cultiora multo secula posteritati pollicentur.
Quod itaque olim Hamburgensis Theologus, in-
signiter meritus PHILIPPVS NICOLAI in *Histo-
ria Regni Christi L. I. C. I. p. 7.* inter huius ad-
miranda merito numeravit, quod sonus praedicationis
*Euangelicae post tot seculorum superstitiones in po-
strem banc Septentrionis oram penetrauerit*, et
per Suecorum aliorumque diligentiam tot gentes
finitimae ad salutem aeternam perducantur, illud
nostro tempore eo maiorem sanctae cuiusdam uo-
luptatis materiam praeberet, quo copiosius ibi audi-
tur uox in deserto clamans, et Evangelium de Ie-
su Christo pronuncians, animasque a foeditate er-
rorum liberans, quibus aliae terrae satis multae non
tam inficiuntur, quam penitus inundantur. Ita
verius multo, reique ipsi conformius dici potest,
etiam in *Aquilone Deum aliquid boni parare*, quam
quondam *Papa Bonifacius IX.* in Bulla Canonisati-
onis BRIGITTAE Suecicae de Wazsteen Principis
Nericiae olim Viduae, Visionibus eius praefixa,
scribere ausus est: *Nouissimis diebus ut etiam ab A-
quiloni aliquid boni esset, ille coelestis agricola eas-
dem vineam suam de more uisitans, mulierem fortem
procul,*

procul, et de ultimis finibus, suum secum precium deferentem, ad huiusmodi uineae culturam adduxit inesse, Beatam scilicet uiduam Brigittam tam sacro superius descripto coetui merito sociandam, seu uerius sociatam. Vera enim Sanctimonia, quam Scriptura inculcat, ex uera omnino fide in Christum resultat, cuius Bonifacius ipse omnium ignarissimus fuit, adeoque in Aquilone pro bono habuit, quod bonum non erat, et potius ad deplorandas tenebras, quibus magna orbis pars obumbrabatur, scoriasque, a quibus Deus suo tempore pro infinita misericordia ecclesiam purgauit, referri merebatur. Bonum uero potius agnoscimus, et pro diuino beneficio praedicamus, quod Leucorea nostra tot male cupientium telis ob ueritatis diuinae intrepidum studium, (quae enim alia sit causa, non uidemus,) exposita, sed sub NVMINIS, REGISQVE nostri Augustissimi AVGVSTI, praesidio tuta, in ipsis prouinciis, ecclesiis, scholisque Aquiloniis et Borealibus tot fautores et sinceros amatores inumeros habeat, quotquot euangelium Christi purum et orthodoxum profitentur, et quibus ex toto animo bene cupimus uicissim, et precamur, ut, sicut iusto tempore illi sole inocciduo fruuntur, ita doctrinae coelestis lucem nunquam uideant, dum orbis supererit, occidentem!

Quod reliquum est, ut de *Maxime Reuerendi* nostri *Candidati* uitae rationibus quaedam pro more subiungamus, praesens negotium requirit.

Natus est Ille *Gevaliae*, emporio inter
praecipua Sueciae numerando, et urbe
princeps *Gestriciae*, Patre summe Reueren-
do et Excellentissimo Domino GEORGIO
WALLIN, SS. Theol. Doctore, *Angerman-
niae*, *Westrobothniae*, *Medelpadiae*, *Iemtiae*,
Herdaliae, totiusque *Lapponiae Suecicae An-
tistite*, *Consistorii Hernosandensis Praeside*,
Gymnasii Regii et Scholarum Septentrionalium
Ephoro, tunc temporis *Geucliensis urbis Pa-
store*, et ecclesiarum adiacentium *Praeposito*,
mox in aula *Regia Regibus Potentissimis CA-
ROLO XI. et XII. a Confessionibus et Conci-
onibus primariis*, constituto deinceps *Episco-
po Gotoburgensi*, ex quibus Stationibus sum-
ma cum laude administratis, amore patriae
ductus ad *Norlandias occidentales* transiuit,
senectutis delicias in remotissimarum gen-
tium, lateque per Septentrionem disper-
sarum, sacra uisitatione et fidei ac discipli-
nae earum confirmatione quaesiturus, cui
pro amore, quo erga nos fertur, senium
porro exoptatum, et uoluptatis, ex Filii
Amplissimi, feliciter reddituri, amplexu ori-
turae, fructum quam diutissimum appre-
camur. Matrem habuit *Ornatissimam foe-
minam INGRIDEM GADD*, ex sacerdo-
tali

tali et celebri Nericiensis Prouinciae familia ortam, quae tamen ante annum cum di- midio mortalitati erepta ad coelestem tran- siit gloriam.

His parentibus prognatus anno X. ae- tatis ad Athenas *Vpsalienses* missus est, ut tenerae menti sapientiae amor instillare- tur. Vbi XVII. attigit, Academica stu- dia, duce tunc LL. OO. Prof. IOANNE PALMROT, hodie SS. Theol. D. et Prof. celeberrimo, tractare coepit, eiusque ho- spitio et informatione usus plurimum se profecisse grato animo profitetur. Habuit praeterea in Philosophia praeceptores, Vi- ros celeberrimos, IO. VPMARKIVM, ho- die dictum ROSENADLER, HEMMINGI- VM FORELIVM, IO. ARND. BELMAN- NVM, OLAVM CELSIVM, HARALDVUM VALERIVM, FABIANVM TOERNER, IO. ENBERGIVM et alios. Theologiam quoque ex desiderio Parentis, ut sedulo excoleret, Celeberrimorum Doctorum LAVR. MOLINI, DAN. DIVRBERGII, HOSPITISQVE SVI Venerandi Scholas publicas et priuatas assidue frequentauit, fructumque tantum cepit, ut A. 1706. pri- mam Dissertationem *de Iuuencia ruffa*, suo

marte conscriptam sub praesidio D. D. DANIELIS LVNDII, tunc Ling. QO. nunc Theologiae Professoris, ut et alteram de Origine rituum Hebraicorum, contra MARSHAMVM, SPENCERV M et alios, moderante Dn. IO. ARND. BELMANNO, publice cum laude defenderet, et honores Philosophicos, probata sic eruditione, impetraret. Domum postea redux totum sinum Bothnicum terrestri itinere peragravit, et Solis media aestate apud Tornacenses inoccidui Spectator extitit, nec minus sequenti anno Septentrionalem Angermanniae partem, Lemiam, Helsingiam, Dalecarliam et Vesmanniam perlustravit, atque inter alia profundissima terrae uiscera, fodinas scilicet Cuprimontanam et Salbergensem, scrutandarum patriarum rerum causa, est ingressus. Mox etiam exterios sibi uisendos putauit, et Stralsundiam delatus, Academiam Gryphisvalensem petiit, atque Dn. IO. FRID. MAYERVM, BRAND. HENR. GEBHARDI, et IOH. PRITIVM docentes per annum fere audiuit: a MAYERI praecipue facundissimo ore pependit, et sub eius moderamine in Theses B. DANNHAVERI in Epist. ad Romanos octies praesidendo disputauit.

Hinc

Hinc Rostochium digressus FECHTIVM,
QVISTORPIVM, GRVNENBERGIVM,
GRAPIVM, Theologos exasciatos, audiuit,
sine mora tamen ad *Leucoream* nostram tran-
sit, et NEVMANNVM, LOESCHEROS,
WERNSDORFIVM et WICHMANSHAV-
SENIVM salutauit, digressus abhinc, *Halas*
transeundo, *Ienam* se contulit, et DANZI-
VM difficiliores Commentarios ABEN-ES-
RAE et RASCHIANOS explicantem, BVD-
DEVVM Theologiam moralem docentem,
ut et HAMBERGERVM in *Physica experimen-*
tali audiuit, et simul fere per annum
priuato studio *Talmudica et Arabica* tracta-
uit. Petiit deinceps *Lipsiam*, et inde, *Dres-*
dam diuertens, solennitates ob Potentissi-
mi Regis Daniae praesentiam celebratas
conspexit, et iter in Thuringiam fecit, pro-
fecturus in *Italiam Galliamque*, nisi graues
causae tunc retraxissent. Vnde peregrina-
tionem in *Belgium* praetulit, et sedem ali-
quamdiu *Traiecti ad Rhenum* fixit, conuer-
satus ibi cum Viris clarissimis LEYDEK-
KERO, ROELLO, RELANDO, BVRMAN-
NO, PITISCO, *Amstelodami* cum CLERI-
CO et SVRENHVSIO, uariisque urbibus
perlustratis, etiam *Lugduni* cum SALOM.

VAN TILL, FABRICIO, MARKIO, VITRIARIO, HEYMANNO, SCHAFIO et CRENIO, ipsoque PETRO POIRETO. His peractis in *Britanniam*, inhiantibus fruſtra praedonibus, feliciter transmisit, et *Londini* addiscendae linguae et cognoscendae controuersiae *Sacheuerelliana*e cauſa, ultra quatuor menses commoratus est, horasque ſtudio *Talmudico* distinxit, in quo R. DAVIDEM NETO ducem adhibendum censuit. Quibus peractis alias urbes et *Oxonienſem* praecipue Academiam inuiſit, et ſpeciatim *Bibliothecae Bodleiana*e perlustratione, in *Hudsonii*, praeterea *Potheri*, aliorumque conuertationem tempus collocauit. *Londinum* reuersus inter alios CHAMBELLANI, HICHESII, SIKII, EDZARDI erga ſe humanitatem persenſit, et acceptis literis Paternis diplomate Regio ad *Spartam Theologicam Hernösandenſem* stipatis, habita prius in templo Ecclesiae Suecicae Concione, ſe mari ad redditum commiſtit, et post quinque Septimanarum tempeſtaſtes in *portum Gothoburgenſem* appulit, luſtratisque porro fortiffimis castellis et cataractis, per *Westrogotiam*, *Nericiam*, et *Sudermanniam* feliciter *Holmiam* et *Vpsaliam*

am rediit, atque disputationem sub praesidio D. LAVR. MOLINI de certis precandis formulis contra Presbyterianos in Anglia et Pietistas, inter fluctus saeuientis Oceani a se conscriptam, habuit, eaque re transacta in amplexus Parentum reuersus est.

Quamprimum eo delatus, sacros ordines ex benedictione Vener. Parentis suscepit, et habita inaugurali oratione ad docendi publicum munus et Consistorialem confessum admissus, eodemque anno Rector Gymnasii Regii constitutus, quo munere bis functus est felicissime, exhaustam nuper feralibus flammis Musarum sedem intra duorum mensium spatium splendidiorem restituit, et restitutam inaugurauit. Nouo tamen incendio An. MDCCXIV. quod magnam urbis partem absumsit, omnem librariam supellectilem, tot sumtibus et itineribus conquisitam, amisit, quam lugubrem maxime iacturam laetum et auspicatum excepit connubium, cum Elisabetha Palmrot, Hospitis sui quondam uenerabilis, filia lectissima. Quae initia successus plures exceperunt, ubi et hoc, et MDCCXVIII. anno tanquam delegatus Consistorii et Cleri Angermannici, Lemtriae Medelpadiaeque, Comitiis

mitiis regni publicis interfuit, et uisitatis
nibus, nomine Parentis, in regionibus dis-
sitis expediendis, ab Augustissima Regina
VLRICA ELEONORA destinatus est. Quas
partes omnes auspicato successu expediuit,
nec asperas niuium et glaciei cumulos,
frigusque intensissimum reformidauit, et
domi nihilominus in munere strenue per-
rexit, et uti diem secularem Reformationis
solenni oratione celebrauerat, ita sacris et-
iam sermonibus ex suggestu habendis ua-
cauit, et coram Comitiis in REGIS et Pro-
cerum praesentia concionatus est. Specia-
tim etiam gentis Lapponicae salutem quan-
tum sibi maxime curandam esse sentiret,
declarandum esse censuit *uersione librorum*
Noui Testamenti in illam linguam, cuius
specimen typis excusum dedit, et sumtu-
um publicorum a Regina clementissima
promissionem impetravit: eumque in fi-
nem ad genium Linguae Lapponicae eo
melius intelligendum et exprimendum,
Grammaticam et *Lexicon*, collatis dialectis
omnibus in Suecica Lapponia uisitatis, una
cum binis suis *Itinerariis* et *Observationi-
bus*, ut et libris quibusdam ex *Anglico* in *Sue-
cicum* translati prelo parata habet.

Paca-

Pacatis tandem rebus Suecicis, et patente itinere extra Regnum, desiderium reuiseendi exteros, ad reparandas opes rei literariae per funestum incendium ereptas, Parentum consensu et REGIS clementissimi uenia munitus, *Holmia* discessit, et Sueciae prouinciis *Sudermannia*, *Ostrogothia*, *Smalanda*, et *Scandia* peragratis, traiectoque *Freto Danico Hauniam* peruenit. Cognito rei literariae, quae ibidem floret, statu, et salutatis celeberrimis Theologis, BARTHOLINO, STEENBVCHIO, ac TRELLVNDIO, per *Seelandiam*, *Fioniam* et *Schlesuicensem Ducatum* in *Holsatiam* perrexit. *Kiloniensibus* Theologis collocutus *Hamburgum* abiit, ibique per hyemem commoratus est, gauisus splendida D. I. A. FRICII Bibliotheca, eiusque et Virorum Doctissimorum WOLFII et EDZARDORVM conuersatione est delectatus. Hinc *Hannoueram* delatus, et a *Luccensi Abbate*, GERARDO MOLANO beneuole habitus, iterque suum *Rintelium* uersus prosecutus est; Mox transiit per *Pyrmontanas ihermas* degustatas, in Hassiam, uisisque *Cassellis*, *Marpurgenses* quoque et *Gissenses* Theologos salutauit. *Francofurtum*, urbem tot antiqua-

tiquitatibus et rebus Imperatorum augustis celebratissimam, ubi conspexit, *Hannouiam*, *Moguntiam*, thermisque *Wisbadensibus*, *Schwalbicensibus* et *Schlangenbadensibus* exploratis, *Heidelbergam* concessit, *Mannheimam* et *Spiram*, deplorando rudera tot excidiorum, adspergit, et tandem *Argentoratum* peruenit, amicumque ueterem, et hospitem inuenit beneuolum D. ELIAM SILBERRADIVM, illius Academiae tunc Rectorem, et Theologum bene merentem. Ex *Alsatia* transitum in *Galliam* suasit uicinia, unde per *Lotharingiae* ducatum, eiusque clarissimas urbes, in *Campaniam* admissus, per sedes Episcopales *Catalaunensem* et *Meldunensem*, in ipsam Regni metropolin et caput, *Lutetiam Parisorum*, penetravit. Atque hanc quidem, quod non perfunctorie inspexerit Candidatus noster, ex erudita descriptione urbis illius amplissimae patet, quam sub redditum *Norimbergae*, eruditis et ad peregrinandum accinctis obtulit, et imprimi curauit, in eaque, quicquid ad *Lutetiam* penitus cognoscendam spectabat, ordine concinno sibi enumeraendum duxit.

Quam eius peregrinationem, alioqui uti
simili mole-

molestia, ita iucunditate, quae ex commercio cum Viris eruditis oritur, non destitutam, subinde nuncius ex patria tristis perturbauit, quorsum pertinebat exusta iterum hostilibus flammis Hernosandia, incensio et expilatio paternarum aedium, suauissimae matris tristissimum funus, et prae-maturus dilectissimae coniugis obitus, quae Vpsaliae in ipso formae et aetatis flore, maritum suum anhelans et anxie desiderans exspirauit, mater ex quatuor trium superstitione liberorum, qui suas cum parentis suspiriis, longis licet disiuncti terrarum spatiis, lacrymas permiscent.

Relictis interea Lutetiis, ubi cum eruditis Viris frequentissime conuersatus est, et cultum moresque illius gentis accuratissime indagauit, Vlysses noster circumspectus in Burgundiam perrexit, et per Mons-belligardensem Comitatum et Alsatiam, Basileam transit, ubi imprimis a IAC. CHRIST. ISELIO et IOH. BVXTORFIO humanissime exceptus, Constantiam IOH. HVSSO fatalem, adiuit. Inde traecto Lacu Poda-nico ad urbem Sangallensem et Lindauensem spectandam perductus, et hac regio-nis parte admodum situ suo amoena, uel

ut

ut a dolore suo leuatus et erectus est. Ita per Sueiam, Augustam Vindelicorum, et Norimbergam, certantem pulcritudine cum reliquis Germaniae urbibus, Bambergam, Coburgum ac tandem Lipsiam secundo itinere intravit : ubi BORNERVM, MENCKENIVM, CARPZOVIVM, BAVDISIVM, MASCOVIVM aliosque eruditos sibi fauentes deprehendit, et *Historiam Iosephi* a se translatam una cum Arabico Idiomate, et observationibus eruditissimis additis euulgauit, atque tandem ad nos se contulit, redditum in patriam, DEO comite, ulterius prosecuturus. Quod antequam suscipiendum sibi putaret, qua est modestia, Ordinem nostrum adiit, et, ut per Specimina, quibus defunguntur ad summos in Theologia honores adspirantes, aditus sibi ad gradum istum aperiretur, a nobis eo facilius impetrauit, quo minus uirum Eruditum ne hic quidem feriari deprehendimus, sed occupari in opere iusto edendo de GENOVEFA, Gallicae gentis Diua, inter praecipuas numeranda, quod uario lectionis et doctrinae apparatu refertum propediem lucem adspecturum est.

Superest

Superest igitur, ut Lectiones cursorias publicas, quae uocantur, in Rom. X. 6. 7. 8. 9. auspicetur Oratione solenni de quaestione:

*An liceat Theologo Euangelico
peregrinanti Pontificiorum Sa-
crae interesse?*

instituenda, Quod cum crastina die, hora IX. facturus sit, pro officii mei ratione, Facultatis nostrae, Candidati, meoque nomine, ut RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, Per-Illustris Liber Baro, Patres Academiae Conscripti, Ciues et Hospites omnes ac singuli hunc actum praesentia sua cohonestent, qua fieri par est, obseruantia, ac studio inuito, rogoque. DEVVM uero simul in nomine IESU Christi supplex ueneror, ut depositum ueritatis Euangelicae, per Lutheri operam, tot prouinciis, usque ad terras remotissimas Arctoas, restitutum, inter nos et alios populos, quibus haec felicitas, omni cogitatione et eloquio superior, diuinitus contigit, porro ab omnibus corruptelis et diminutionibus integrum tueatur ac seruet, singulisque hanc mentem et sententiam inspiret, ut quisque pro viribus suis ad illud defendendum custodiendumque totus adlaboret, et Confessoris sacerdi praemio tandem aeternum cohonestetur. PP. Dominica Oculi A. O. R. M DCC XXIII. Vitemb. Literis Viduae Gerdesiae.

Die II. Mart. habita est Dissertatio Anatomico-

I

Patho-

Pathologica de Steatomatibus in Principio Arteriae aortae repertis et de cysticis in genere horum occasione excrescentiis, quam Praeses CHRISTIANVS GODO-FREDVS STENZELIUS, Philos. et Med. Doct. ac Pract. Vitemb. Respondente GEORGIO PHILIPPO Sauber, Phil. et Med. Candidato, luci publicae exhibuit. Vitemb. Literis Gerdesianis pl. 8 $\frac{1}{2}$.

Praefatio reprehendit eos, qui repentinae mortis causam semper ab Apoplexia, catarrho suffocatiuo et syncope deducunt, cuius sententiae falsitatem exemplis demonstrat. Vnde ad Anatomiae transit utilitatem, ad detegendas genuinas mortis causas praecipue ualentis. Thes. I. circumstantias in tradenda rei descriptione rite annotandas esse, iubet. II. historiam uiri, in quo steatomata reperita sunt, tam quoad uitam anteactam, quam ipsam uiscerum in cadavere constitutionem tradit. III. Disquirit, an excrescentiarum uel tumorum nomen steatomatibus in aorta repertis conueniat, cum addita probatione, eadem recte ad excrescentias referri. IV. onomatologiam steatomatum affert. V. steatomata classi excrescentiarum cysticarum innumerat. VI. exiguum inter excrescentias cysticas discrimen intercedere, indicat. VII. Idem probat per transmutationem aliis in aliam, nec non generationem calculorum, ubi simul aliquid inseritur de uaria harum excrescentiarum constitutione. VIII. quae sit steatoma-

tomatum et polyporum differentia, ac IX. quae steatomatum atque aneurismatum discrepantia, commemorat: X. sedem steatomatum in cadavere reperitorum Symptomatumque minorum dyspnoeae, palpitationis atque anxietatis cordis ipsiusque morbi causam examinat, atque haec omnia a steatomatibus aortae orta fuisse, scribit. XI. Rationem reddit, unde defectum lymphae pericardii in cadavere originem habuerit, cum inquisitione in ueram huius scaturiginem, quae per experimentum Anatomicum monstratur. XII. In originem materiae sebaceae steatomatum inquirit, eandemque a cacochymia sanguinis deducit. XIV. fibras gelatinosas grandiores et ramosiores redditas, multum ad harum excrescentiarum generationem contulisse, allegat. XV. de successiva harum productione et modo nutritionis atque augmentationis per appositionem externam factae occupata est. XVI. malam uictus uiuendique rationem cadaveris accusat, qua quippe cacochymiae et exinde steatomatibus materia fuit suppeditata. XVII. Spiritus uini, ceu praecipue huius aliorumque malorum auctoris, mentionem facit. XVIII. Veterum sub examen uocat sententiam, causam steatomatum, uel ab humore pituitoso solum uel cum melancholico et bilioso mixto deriuantium, eandemque explodit. Cui adiungitur sententia Plateri, originem illorum a nutrimento partam, et Iunckii illam a chylo deducentis, quae utraeque cum limitatione admittuntur. XIX. Verdükii opinionem de generatione harum excrescentiarum, qui culpam in salia acidâ

coniicit, perpendit, eandemque pariter reiicit. XX. occasionalium in genere causarum horum tuberculorum generationi praecipue fauentium catalogum exhibet. XXI. folliculum steatomatum a cohaesione et mutua complicatione filamentorum gelatinæ deriuat, illudque exemplo nutritionis corporis nostri et generationis corticum, nucleos calcularum includentium, confirmat. XXII. Dubium a modo nutritionis desumptum, quod contra hanc sententiam moueri posset, uentilat, atque obiectiones, quae hic, prout etiam in XXIII. respectu novorum duorum dubiorum, circa generationem et subiacentium partium in harum excisione laesio nem concernentium afferuntur, remouet. XXIV. false pro folliculo steatomatum dilatationem atque expansionem uasis lymphatici, uel alias ductus, haberi, contra Verdukium, Wedelium, Iunkium, Ower campium, Blanckardum differit. XXV. Multo minus cum iis faciendum existimat, qui sacculum harum excrementiarum a glandulis dilatatis deducunt, cuius sententiae falsitas uariis argumentis, praecipue uero absentia glandularum in illis partibus, in quibus haec excrementiae repertae fuerunt, manifestatur. XXVI. Neque extremitates arteriarum tomentosas, neque pinguedinis receptacula et hydrides uerorum steatomatum folliculum efformare, ostendit. XXVII. Contra Waldschmidium afferentem, atheromata et melicerides in omnibus corporis partibus, steatomata autem in partibus saltem glandulosis prognosci, pugnat. XXVIII. steatomata in partibus

tibus interioribus nullo plane modo, in externis
uero difficulter cognosci et dignosci, refert. XXIX.
De exitu harum excrecentiarum tam interne quam
externe subsistentium prognosin fert. XXX. Diffi-
cilem horum tuberculorum extirpationem in ex-
ternis, optimamque eadem auferendi methodum esse
sectionem, legitime institutam, et XXXI. nullam ca-
rae spem, quando ea partes internas occupent, su-
peresse, probat. Hisce thesibus, cum adhuc pa-
ginae quaedam uacuae essent, Corollaria quaedam,
Anatomiae in Medicina utilitatem et necessitatem
complectentia, sunt addita, quibus ipsis obiectio-
bus, quae alias in Anatomiae opprobrium afferun-
tur, respondetur.

Die VIII. Mart. D. ABRAHAMVS VA-
TERVS. Med. P. P. et Botan. Substitu-
tus, nec non Societatum Imperial. Natur.
Curios. et Reg. Angl. Socius, ciues Aca-
demicos ad Anatomen publicam Cadaueris uirilis
inuitauit programmate, quod hic, L. B. habes:

Lienem uiscus litigiosum uocare solitus est
Drelincurtius, idque non immerito, quoniam si
de ulla corporis humani parte, de hac certe innu-
merae, inter Anatomicos motae sunt controuersiae.
Has inter notatu dignissima imprimis est illa, quae
inter praestantissimos, ac ipsos quidem principes
aeui nostri Anatomicos, de uera lienis structura
ad nostra usque tempora, agitata est. Quem e-
nim latet, Malpighium, Bidloum, Verheyenum
et alios-

aliosque plures ex celebrioribus Anatomicis, li-
nem humanum, aequa ac uitulinum, porcinum, o-
uilem, ex meris cellulis fibrisque, cum interiectis
glandulis, constatum perhibuisse, quibus tamen o-
mnibus contradicit famigeratissimus Ruyshius.
Hic quippe exquisitissima sua arte, uasa minutissi-
ma replendi, uisceraque naturali facie praeparan-
di, adiutus, ac uastissima, sua secandi experientia
ac dexteritate confirmatus, nullas in liene huma-
no glandulas, nullasque cellulas ac fibras reperiri,
sed totum omnino uiscus uasculosum dicendum
esse, diserte docet Resp. ad Ep. Probl. IV. Nihilo
tamen secius Malpighius Cap. IV. Exerc. de Li-
ne, in humano liene aere turgido, et tepenti loco
~~exsiccato~~, structuram hanc cellulosam euidenter
uideri posse, ita ut omnem eximat dubitationem,
afferuit. Bidious quoque lienem humanum ex-
carnatum, cellulisque instructum, figura exhibuit.
Imo Celeberrimus Morgagni, Aduers. Anat. III.
p. 36. auctor nobis est, a diligentissimo Cowpero
ostensum esse, qua ratione in humano splene eae-
dem cellulae conspici queant. In tanto Anato-
micorum oculatissimorum dissensu, arduum sane
esse iudico, in re tam diffcili certi quidpiam de-
cernere. Interim tamen ego obseruationem, quae
in cadavere foeminino, autumno superioris anni
dissecto, se mihi obtulit, hac uice luci exponam,
quam multum lucis ea in re afferre posse, existimo.
In hoc subiecto dissecando, dum in lienem aquae
injectionem tentarem, ab hac sine ulla ui immissa,

totum

totum non tantum uiscus expandi, sed aquam quaque hinc inde in eo, pro inclinatione uisceris, fluctuare percepit. Quo uiso flatum tubulo immisi, eoque ipso lienem pulmonis instar inflari, uidi. Phaenomeno isto singulari commotus, uiscus illud praeparare decreui, eoque consilio, sanguine aqua expurgato, illud postmodum, flatu super carbonum ignem continuato, exsiccaui. Eodem postmodum aperto, cellulas per totum lienem, a uassis fibrisque diductis nitidissime efformatas, conspexi. Quamobrem lienem ita praeparatum, figura exprimere curaui, ac iconem cum particula praeparati uisceris, ad Ruyschium, misi, mentem Ipsius hac de re expiscaturus. Responsum quoque a Viro Optimo, mihi que amicissimo tuli, qui pro illa, qua in me est, benevolentia, literis certiorem me fecit, pulposas uasorum extremitates, quae praecipuam lienis partem efficiunt, elotione cum aqua ablatas esse, quibus absumptis, residuum cellulosum et fibrosum exuuiam potius, ac sceleton lienis appellandum esse, ille iudicat. Nil omnino impedit, sed multa potius me monent, ut sententiam Clarissimi Viri ambabus amplectar manibus, eamque propria experientia confirmatam reddam. Dissimulare enim nunc penitus nolo, foeminam, e qua lien desumptus est, longa incarceratione detentam, morboque diuturno plane confectam, cadauer flaccidum, marcidum atque exsangue, nobis dissecandum reliquisse. Non inique ergo inde coniiciendum est, putredinem quandam

occultam in uisceribus, sigillatim in hoc liene latuisse, qua extremitates uasorum pulposae corruptae, atque absumptae forte fuerunt. Idque tanto magis uerisimile mihi uidetur, quoniam injectionibus aqua factis, non sanguis, sed pulpa quaedam cruenta dilutior exiit, cum qua haud dubie pulposae istae extremitates abrasae, effluxerunt. Ipsa quoque lienis praeparati inspectio hoc confirmat, quoniam nullus in eodem sinus uenosus, cum cellulis communicans occurrit, uti in uitulino, sed uenae suis ramifications, per totum uiscus, comites existunt arteriis, fibraeque ipsae, cellulas distinguentes, licet minutissimae, ex uasis istis sanguiferis, productae conspiciuntur. Quo minus autem de hoc in praesenti fusius exponam, impedit instituti mei ratio. Differam tamen id ipsum ad aliam commodam occasionem, qua simul Iconem lienis huius praeparati publici iuris faciam. Nunc uero Te, Lector Beneuole, latere nolo, REGIS NOSTRI POTENTISSIMI gratia atque clementia, ac Illustrissimi Comitis de FLEMMING mandato speciali factum esse, ut in militis, suspendio enecati caduere, in gratiam eorum, quorum interest, humanam fabricam exakte nosse, Anatomem publicam suscipere queam. Dabo igitur operam, ut partium singularum structuram accurate ob oculos ponam. Quamobrem omnes ac singulos, qui studio Anatomico delectantur, inuitatos perhumaniter uolo, ut, qui praeparationi aut demonstrationi adesse volunt, ad me accedant, et schedulam, sigillo meo nota-

notatam accipient, qua monstrata in Theatrum introire licebit. Interea Vale, Lector amice, et Faue. Dabam ex Museo d. VIII. Martii MDCCXXIII. Vittenb. Literis Viduae Gerdesiae.

Die VI. Idus Mart. Studium Pacis Anastasianum excussit Praeses M. IO. CHRIST. LVDEWIG, et Respondens CHRIST. AVG. LVDWIG, SS. Theol. Cult. Germani fratres, Cizenses Misnici, Vitemb. Literis Viduae Gerdesiae pl. 2.

Studium Pacis Anastasianum decem expenditur paragraphis, Auctor §. 1. commemorat, Anastasium Imperatorem, inique ab humanitate laudari et clementia apud Euagrium Eccles. Hist. L. III. Cap. XXXIV. quod Cosmam et Seuerianum, quia Seuero, Eutychianorum primipilo communione, sacrorum interdixerant, exterminatos uoluerit, multo autem iniquius, quod l.c. cap. 30. studium pacis inconsulte coetui sacro restituere, intenderit. §. 2. recenset natuitatem Anastasii et evectionem ipsius in imperium Sec. V. §. 3. Eutychianorum contagionem latius serpentem, §. 4. et 5. studium pacis Anastasii, contagionis huius remedium, §. 6. 7. 8. 9. 10. methodum, qua Anastasius facilius pacem restituere, sibi persuasum habuerit.

Appruit tandem ultimus dies, nempe d. XVI. Mart. quo Candidatus noster ultimum requisitum praestare debuerit, uidelicet Disputationem. Praeside enim GOTTLIEB WERNSDORF.

FIO SS. Theologiae D et P. P. Ordinis
sui Seniore, Cons. Eccl. Assess. Aed. Pa-
roch. Pastore et Circ. Elect. Sax. Super-
rintend. Gen. de Prudentia in cantioni-
bus ecclesiasticis adhibenda, pro Licentia
capessendi summos in Theologia honores horis an-
te et post meridianis publice ac solenniter dispu-
tauit M. GEORGIVS WALLIN, Sue-
cus, Sacrae Theologiae Lector Primarius
et Regius in Gymnasio Suecico Hernö-
sandensi, Consistoriique ibidem Assessor.
Vitemb. Literis Viduae Gerdesiae pl. 9 $\frac{1}{2}$.

Praemisso prologo de laudis diuinae celebratio-
ne, hominum officio, auctor per thesin et *enθεων*
perutile et elegantissimum thema ad planum per-
duxit. Thes. I. Canticorum origo hinc ad Angelorum
officium, hinc ad naturalem hominum insti-
ctum, hinc ad brutorum exemplum, ut ait ipse
Auctor, non male refertur. *Enθeo.* 1) *Cardin.* Bonae
commemorat opinionem, qua, Patrem a Filio, Filium
a Patre, Spiritum S. ab utroque, et utrumque a Spiritu
S. ante mundum conditum fuisse laudatum, existimat
quam auctor, tacente scriptura, suo reliquit loco.
2) initia ab Angelis deriuantur, *Iob.* XXXVIII. 47. ubi
tamen auctor non adstipulatur *Anastasio* *Sinaitae*
statuenti, Angelos laudasse Deum non solum propter
creationem astrorum, sed etiam propter mysterium
incarnationis, in illis repraesentatum; nec Scholaсти-
cis quibusdam et *Andreae Osiandro*, Filium Dei in
carne

carne appariturum fuisse, etiam si Adamus non pectasset, somniantibus. 3) auctor, Adamum ante et post lapsum in Dei laudes effusum esse, putat, 4) Platoniconum de concinno coelestium corporum motu et harmonia mundi sententiae fit mentio, item de Enosi sodalitate, psallente Deo, unde Enosani, postea Esseni uel Essei dicti, fabula recensetur. Thes. II. Antiquitas hymnorum sacris publicis adhibitorum expenditur, exemplo Arcadum ex Athenaei Dipnos. f. 626. edit. Casaub. adducto, ubi simul Musicae studii in epulis publicis et alias frequentissimi iniicitur mentio, et hymnorum in sacris usus ante diluvium adseritur. Thes. III. de hymnorum in sacris Israelitarum usu fit sermo. Thes. IV. de cantionibus veterum Christianorum sacris. Enθ. α) auctor statuit, Ecclesiam Christianam, uti in aliis sece ad Iudeorum instituta et ritus accommodauerit, sic morem canendi retinuisse, Apostolos uel in carcere cecinisse Act. XVI. 17. Col. III. 10. Eph. V. 19. β) Basilii M. Gregorii Nyss. et Henr. Mulleri discrimen inter Psalmos, hymnos et odas adducit, ubi illi Psalmus est oratio musica, hymnus uox concinna, ad numeros edita, absque instrumenti concentu, oda contemplatio de Deo, isti modulatio per Instrumentum musicum, hymnus laus Deo pro bonis praestitis tributa, ode quodlibet canticum, huic Psalmus omnis Psalmus Davidis, ode sunt carmina Mosis, Debora, Salomonis et aliorum sanctorum, hymni omnia cantica Ecclesiae reliqua. γ) hymnos et odas magnam partem ab iis compositas credit, qui uel apud Corinthios

rinthios, uel Ephesios uel Colossenses, uel alios
dotibus Spiritus S. extra ordinariis, florebant i. Cor.
XIV. 26. quanquam hodie non supersint. δ) Car-
mina et hymnos fuisse primis Seculis ex Eusebio,
Thes. V. quod materia illorum et argumentum
debeat esse pium, graue, sobrium et adser-
itur. Enθ. agit de α) ὥδαις πνευματικais,
Col. III. 14. β) Synod. Antioch. II. quae im-
probauit in Paulo Samosateno, quod, de seipso
in media Ecclesia, magno Paschatis die, feminas
psallere, uoluisset. Thes. VI. de rhytmie elegan-
tia, ἐνθ de Ario, cui uitio uertebatur olim genus
carminis sotadicum, additurque, quod Scultetus Re-
form. laudem hanc relinquat Luthero, quod ceu
Orpheus quidam Germaniae sententias aptis nume-
ris alligare didicerit. Thes. VII. Modulatio requi-
ritur conueniens, grauis et sonora, testimoniiis ad-
ductis Platonis ex Cicerone, Lutheri, Matthesii, Au-
gustini, Heineccii de Eccles. Graec. L. III. c. 4. §. 7.
*Sanction. Eccles. in Saxonia et Theol. Witt. Gedan-
cken über das zu Glaucha an Halle 1703. edirte Ge-
sangbuch.* Thes. VIII. de praerogatiua dislerit Psal-
mi Dauidici in ecclesia et Iudeorum et Christiano-
rum, ubi Hebraei in festis solennioribus, per-
acta coena, πότηζιον ύμνήσεως circumferre, et
interea temporis Psalmos, quorum initium est
Halleluja, teste Paulo Burgensi, cantare, Psalmos
ueteres a tenera aetate pueris iuxta et puellis in-
stillare consueuerant, teste Basilio, et Veteres Chri-
stiani, seu cibum capere, seu cubitum ire uellent,

Psal-

Psalmos decantare solebant, teste Clem. *Alexandr.*
 lib. VII. *Strom.* f. 728. ed. Paris Morell et Chrysost.
 in *Ps. XLII.* Tom. III. f. 147. utut de numeris et
 numerorum in Psalmis ratione certi quid hodie uix
 constet. Thes. IX. agit de hymnorum Ecclesiastico-
 rum concesione. Veteres solebant aliquando hym-
 nos, pro re nata, ex tempore effundere, qui mos tem-
 pore duravit Tertulliani. Antiquitas reliquit super-
 stites Clem. Alex. ὅμινον χριστὸν, ἐσπεριῶν, uersperti-
 num, quem multi ad Athenogenem referunt aucto-
 rem, εὐθυνὸν, matutinum, Τρισάγιον ὅμινον αὔγελ-
 ην, χρεοβίην ἐπινίκιον, ποντάνια, ὑπερευλογημένην,
 μεγάλην δοξολογίαν, μαναισμῆς, ex Not. V. *Vid.*
Heinecc. L. III. de Eccles. Gr. c. 4. §. 18. p. 270. sq.
 Odas German. receptas esse ostendunt hymnaria
 Francica, Anglo-Saxonica *Ein Kindlein so löbelich,*
it. Christ ist erstanden, et alia. Th. X. de hymnis in
 Ecclesiam recipiendis prius examinandis. Ex. 9. ait
 auctor: plurimos carminibus magis, quam concio-
 nibus, ad puriorem religionem adductos fuisse, legi-
 mus apud Hammelmannum. Th. XI. monetur, ad
 argumentum, non ad auctorem, attendi debere. Ex. 9
 Io. Sachsius, homo de plebe, autor *Cantilenae: Warum*
betrübstu dich etc. Albertus Brandenb. exul. hymnum
 scripsit: *Was mein Gott will das etc.* Danbauer. de *Lob-*
wässeri Psalmis: Hinweg mit allen weltlichen Phanta-
sien, Springen, Tantzen, auch allzu delicat und gei-
len Melodeyen. Huius generis multa in *hymnologio*
Hallenii 1703. edito. De modis carminum sacrorum, uel
 mutatis, uel secularibus, Brandenburgici querebantur.

In

In Herren Dillherrens Buch, der Wegweiser, ist eingeschoben worden, ein geistlich Lied aus dem 6. Psalm, nach der Stimme: *Dapnis ging vor wenig Tagen, Anno 1655. p. 6. sqq.* quod ipsum mali omnisi esse, et mutationem ipsius religionis portendere Marchici iudicabant, sic enim reipsa euensis iidem illi, non sine querimonia testantur. *Vid. Vox oppressorum in Marchia p. 68.* Th. XII. Lutheri et sociorum eius odae reliquis omnibus merito proferuntur, *Lutheri: Eine feste Burg ist unser Gott etc.* Nun freut euch lieben Christen etc. *Philippi: Dicimus grates tibi summe rerum conditor, it.* Aufer immensam, Deus, aufer iram, Eberi, qui has odas germ. uertit: *Herr Gott dich loben alle wir etc.* Wend ab deinen Zorn etc. *Herr Iesu Christ wahr Mensch und Gott etc.* Thes. XIII. recepti hymni magno Ecclesiae consensu, priuato cuiusquam consilio neque interpolari temere, neque mutari debent, quod tamen factum est in hymnario Osnabrugensi. Minime omnium probari debet mutatio, quae magni momenti est, notamque orthodoxias habet et fidei confessionem inuoluit, cuiusmodi occurrit in hymnario Halensi. Th. XIV. Nendum addendo, demendoque corrumpi, quod factum in hymnario Osnabrug. Thes. XV. Minime autem omnium abolere illos uel ex ecclesia eliminare, fas est. Th. XVI. recensiones, ut Lutheri et aequalium cantionibus bonitate sine dubio cedunt, sic non nisi probati, parcerque et caute usibus Ecclesiae publicis sunt adhibendi.

bendi. Sec. XVI. habuit suum Lutherum, Ionam, Eberum, Speratum, Spenglerum, Helmboldum, suos item Iosquenos, Senftios, Orlando, Waltberos. Habuit superius suum Ristium, Phil. Nicolai, Franckium, Paul Gerhardum, alias. Habet et nostrum suum Loescherum, Neumeisterum, Schmolkium. Enim quae fatua, insulsa, fanatica in hymnarium Halense irrepsierint, ab ordine Theol. publico scripto, notata sunt. Idem in Osnabrugensi u. c. *weil er geeifert um dein Hauss, dadurch ist er geburet aus, mit Schanden untertreten.* In hoc aperte falsa: *Iesus ist der schönste Nabme aller, die von Himmel kommen, u. z.* *Iesus ist der Weisen Stein, der Gesundheit giebt und Leben.* Multos de coelo descendisse, falsum per Io. III. 13. et lapis Philosophorum purum putum commentum est; *Schau mich freundlich, wie geschehen, hast geschehen Magdalenen etc.* Quasi uero Maria Magdalena cum peccatrice, cuius fit mentio Luc. VII. fuerit confundenda: *Blick du mich an aus lauter Gnaden, wie du das arme Weib von Cana, das beladen mit vielem Unglück war.* Cum tamen foemina Matth. XV. non a Cana Galilaeae, sed gente Canaan, adeoque non *χαρακής*, sed *χαραβάλα* dicitur. *Du wesentliches Wort warst bey Gott etc. ja du wirst selber Gott.* quis aeternitatem creatam, uel Deum quendam factum crediderit! Verbum carnem factum esse legimus, Deum esse factum non legimus. Socienismum sapit. *Was vor Stärck und Krafft er (Cœna Domini) mit schlechten Brod und Wein seinen Freunden will vorlegen.* Quod Calvinismum sapit.

Ich

*Ich finde keinen Retter, meine Reu ist viel zu spät.
Terminismum sapit. Was Anfang hat, nimmt auch
ein End. Immortalitatem animae sollicitat et Gentilismum sapit etc.* Th. XVI. Ceteras sacris saltem publicis prohibere, suisque auctoribus relinquere, ac ne uel multitudine sua Ecclesias onerent, uel ueteres loco suo extrudant, cauere debemus. Thes. XVII. Veteres iuxta et recentiores non ad ostentationem, sed Numinis gloriam, et nostram ipsorum salutem decantemus. p. 76.

Die XX. Mart. Disputationem Historicam de Iohanne Cerinthi Praesentiam fugiente, Praeside M. ESDRA HENRICO EDZARDO, Hamburgensi, publice defendit GVILIELMVS LVDOVICVS NITZSCHIVS, Otino Holsatus S. S. L. L. cult. Vitemb. Liter. Gerdesiae pl. 2.

Decem paragraphis auctor sustinuit uentilare quaestione: *An Iohannes eodem balneo cum Cerintho uti uoluerit, egresso que Iohanne Domus oppresserit haereticum.* §. 1. Auctor hanc eruditorum literam in memoriam reuocat, et errores aliquot Cerinthi succincte repetit, monetque, Cerinthum etiam adpellari Merintbum, id est, μήρινθον, laqueum, uti Eutyches Atyches, Aristoteles Narristoteles atque sic amplius, ex consuetudine haereticorum nomina conuertendi in opprobrium. §. 2. de Iohannis edisserit Θεολόγη exilio. §. 3. (a) Iohannem haeresin Cerinthianam ac Cerinthum ipsum

ipsum et in theoria et in praxi fuisse detestatum, scribit, (β) Iohannem noluisse cum eo balneo uti, probat ex *Irenaei Haer. L. III. C. 3.* et *Eusebii Pamphili, Lib. III. Hist. Eccles. C. 28. §. 4.* inquirit in historiae huius ueritatem, prouocando ad characteres historici ueri. Primum κριτήριον ipso est τὸ posse uera scribere, quia nempe α) Irenaeus accepit historiam a Polycarpo, uiro pio, senectute confecto atque graui, β) Polycarpus fuerit coaeuus, γ) Polycarpus fuerit Smyrnis Episcopus, quae urbs Ioniae, ab Epheso non multum disita. §. 6. secundum characterem nominat τὸ uelle uera scribere, ubi auctor certissimus est 1) de integritate Irenaei et Polycarpi, 2) quod non ex speluncari, neque ex metu periculi, neque ex odio scripsiter, 3) quod iureitando uoluntatem uera scribendi confirmauerit tacite. Haec tria praecipue inter νειτηρία refert, et hos sex paragraphos appellat dogmaticos, §. 7. ἀνασκευασμῶς monet, quod Epiphanius confuderit Ebionem cum Cerintho. §. 8. eadem ratione inuehitur in *Arnoldum*, zelo nempe pientissimo, qui obiicit *Haeres. P. I. c. IV. §. 9. 1)* Irenaeum accepisse a Polycarpo, von hören sagen, 2) Scriptores non conuenire in circumstantiis, 3) Mit dieser Erzählung hätten sich die unzertigten Eyferer und Ketzermacher wohl zu behelfen gewußt, indem sie alle ihre ungerechte und lieblose Händel damit zudecken wollen, desßwegen sie auch dem Liebes-vollen Iohanni hiebey einen solchen Grimm und uerbitterten Sinn zuschreiben etc.

K

Ad

Ad hanc obiectionem refellendam distinguit auctor inter Personam, quatenus est, uti loquitur, creaturae, et quatenus est haeretici. §. 10. Prateoli narrationem de ruina balnei fabulis accenset, ex quo *Feuardentius in Not. ad Iren. L. III. c. 3.* eandem exscripsit.

Triduo post Dissertationem ex Ethica symbolica de Magnetismo morali, id est, propensionum humanarum in Moribus, Locum, in Amplissimo Philosophorum ordine beneuelle sibi concessum vindicaturus eruditorum disquisitioni subiecit Praeses M. HENRICVS ANDREAS TOEPFFER, Respondente IACOBO SCHMIDIO, Wasserleba Wernigerodano Phil. et SS. Theolog. Cultore. Vitemb. Literis Viduae Gerd. pl. 4¹.

Praemissio prologo de Magnetis, et nominali et reali, explicatione, inscriptionis occasione, instituti denique ratione, nouem theses, annexis tot declarationibus, subiiciuntur, quas inter I. Quemadmodum magnes ideo ferrum ad se trahit, quia hoc metallum est terrestre, eadem quasi matre prognatum, et praeceteris metallis corruptibile, ita uoluntatis humanae inclinationes ad ea nunc plerumque ferruntur, quae terrestria sunt, fluxa et fragilia. II. Quemadmodum magnes, pro uarietate locorum, uentorum, aliarumque circumstantiarum, diuersimode operatur, ita propensiones hominis, pro uaria causarum effectorumque ratione, uarios produ-

cunt

cunt mores. III. Quemadmodum uis magnetis, ad-
dita ferri materia, augetur et conseruatur, ea uero
subtracta, debilitatur ac minuitur, ita propensiones,
suppeditatis, in quae feruntur, obiectis fouentur,
eis autem demitis, extinguentur, IV. Quemadmo-
dum magnes uim suam attractricem eatenus cum
ramento ferri communicat, ut hoc aliud pariter
ramentum ad se rapiat, et sic porro, ita propensi-
ones tali in mores efficacia influunt, ut alii ex aliis
eiusdem generis proueniant. V. Quemadmodum
magnes ab ethniciis quibusdam populis pro Deo est
habitus, et diuino prope cultu honoratus, ita pro-
pensiones ab hominibus, corrupta laborantibus
mente, idolorum loco habentur. VI. Quemadmo-
dum magnes ad eos coeli polos se tantummodo
conuertit, qui polis, porisque terrae respondent,
ita propensiones hominum eatenus ad Deum, coe-
li Dominum, feruntur, quoad bona ab eo conse-
quenda, terrenae felicitatis cupiditatem explere
possunt. VII. Quemadmodum magnetici in Oceano
montes adeo ad se trahunt naues, ut hominum, in
eis uehementium, perniciēs inde sequatur, ita inordi-
natae hominum propensiones hominibus, secun-
dum easdem agentibus, ruinam adferunt. VIII.
Quemadmodum inclinationis magneticae cognitio,
in uasto nauigantibus mari ad dirigendam nauiga-
tionem maxime prodest, ita naturalium in homi-
nibus propensionum notitia ad instituendam uitae
socialis rationem plurimum adfert momenti. IX.
Quemadmodum magnes, igne candefactus, uim

suam omnem deponit, ita inordinatae hominum propensiones ardenti erga Deum amore superari possunt.

D. XXVIII. Mart. Academiae Rector Magnificus GEORG. FRIDERICVS SCHROEERVS, SS. Th. D. et PP. Ciues Academicos ad contemplandam filii Dei potentiam, in resurrectione conspicuam programmate, a Decano Facult. Theol. MARTINO CHLADENIO, SS. Theol. D. Prof. Publ. elaborato, quod hoc ante oculos Tibi posuimus, inuitauit.

Inuicto quodam, et uere heroico, atque diuino arguento utitur, ex dictamine Spiritus Sancti, Apostolus, ad demonstrandam Iesu Christi, Filii Dei et hominis, potentiam, petito *ex resurrectione eius a mortuis*, Rom. I. 4. Dicit enim Eum ὁ θεός τοῦ Θεοῦ εἰναὶ δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἀγιστύνης ἐξ ἀνθρώπων· declaratum, seu demonstratum *Filiū Dei in potentia, secundum Spiritum sanctitatis, ex resurrectione mortuorum.* Mittimus interpretem Vulgatum, cui placuit τὸ ὄγκεδα reddere per *praedestinationem*, quem emendaturus GVIL. MOMMA, substituit vocabulum *definendi, determinandi*: Alii aliud. Optime uero praestantissimi Patres, ut CHRYSOSTOMVS, qui aequipollentibus uocabulis usurpus, ea conglomerat, et nominat h. l. *Filiū Dei ἀποφανθέντα, δειχθέντα, καιθέντα, ἀμολογηθέντα, manifestatum, iudicatum,*

con-

confectum : et THEODORETVS, qui transtulit per $\alpha\piοδειχθέντα$, demonstratum, ut alios taceamus, quos praeclarissimi nostratium, praecipue D. LUTHERVS, sequuntur. Reuera enim Christus in filium Dei non definitus aut destinatus, sed uti a Patre ab aeterno genitus, ita post assumptam carnem in plenitudine temporis, pro tali potius declaratus et manifestatus est, unde cum ὁρίζεσθαι Hesychio idem sit ac οὐγίνεσθαι, vel διαγράφεσθαι, dijudicari uel dirimi, an uero Christus sit filius Dei? saepius ab infidelibus dubitatum et disputatum sit, interuenit Deus, et per indissolubilia argumenta humanam incredulitatem conuincit. Quae, cum ex uariis attributorum diuinorum fontibus hauriat, speciatim hic ad omnipotentiam Eius prouocat, quae non nisi Deo ipsi competere potest, per essentiam, atque communicari naturae humanae, non tamen cuiuscunque, sed in unionem hypostaticam a λόγῳ assumtae, et ei quidem soli, cum exclusione omnium aliorum hominum. Hinc dicitur υἱὸς Θεός εἰν θύματι, filius Dei in uirtute, non saltem, quia hanc ab aeterno eandem cum Patre habet, possidet et exercet, uerum etiam, quia tam ad humanam suam naturam communicatam accepit, imo sibi ipsi communicauit. Et insufficientissime, imo peruersissime, extollunt Caluitiani Interpretes, ubi ad oraculum praesens accedunt, potentiam Filio Dei competentem, quia communicationem illius ad carnem factam negant, quae si ψιλὴ sit, et uirtute saltem finita, non infinita, praedita, neque posset es-

se, aut dici filii Dei caro, neque esse redemtrix, expiatrix, uiuifica et salutifera.

Vafro fere animo IACOBVS GAILLARDVS hoc in negotio procedit, dum parce admodum Iesum Christum post resurrectionem *filium hominis* appellari obseruat, et istam rationem rei suppeditat, quoniam in passione quidem titulus ille locum habuerit, ad maiestatis uero et gloriae statum accommodatius fuerit nomen *filii Dei et Domini gloriae*, *Tr. de Filio hominis*, p. 50. Vtrumque uero parum conformiter, et scripturae consuetudini, et mysterii analogiae, asseritur. Vti enim illi, de perpetrationibus Christi agenti, promiscue adhibetur nomen et Filii hominis et Dei, imo ubi de Christo Crucifixo negotium est, cum, insigni Emphasi, eum *Dominum gloriae* nominat Scriptura Act. III. 15. Ita uicissim, ubi de statu maiestatico et exaltatione agitur, *filii hominis* nomen non minus magna cum industria a Spiritu S. adhibetur, ut ostendatur, gloriam et maiestatem Iesu Christo non competere saltem, qua Filius Dei est, uerum etiam qua homo est, tametsi ex diuerso respectu et principio Ioh. V. 27. Matth. XXVI. 64. Act. VII. 56. Quod uero in capitibus, quae facta Christi post resurrectionem describunt, rarius illud nomen *filii hominis* occurrat, sed aut nomen *Christi, Iesu*, uel etiam *Domini*, quod Ioh. XXI. 7. 12. 15. 20. adhibitum legatur, illud potius nos in sententia de omnipotentia humanae naturae non modo communica, uerum tunc quoque in plenarium exercitium dedu-

deducta, mire confirmat. Pessime enim ageretur; si nomen *Kυριος*, Christo saltem respectu diuinæ naturae competere, doceretur, quorsum tendit mens GAILLARDI cum doctrinae suae sociis. Secus uero hic Apostolus, qui docet δύναμιν Christo secundum humanam quoque naturam conuenire, et inde euidenter constare, ipsum filium hominis esse filium Dei, quia merus homo tantam δύναμιν non haberet.

Deriuat idcirco illam δύναμιν Apostolus, in praesenti oraculo suauissimo, ex spiritu Sanctitatis, ητο τη πνευμα αγιοσύνης. CHRYSOSTOMVS huc forsitan sigillatim respexit, quando hoc comma pronunciat ασαφες τὸ εἰρημένον απὸ τῆς τῶν λέξεων πλοκῆς, quodammodo obscurum esse, quod pronunciet Apostolus, ob uerborum inuoluerum. Non uero habet causas querendi. Difficilius paulo uisum negotium, quoniam eloquentissimus Pater non feliciter asscutus est huius compellationis ἐνέγγειαν. Sumit enim uocabulum nunc originaliter, pro Spiritu S. fonte donorum Sanctorum, nunc effectiue pro horum collatione, quod equidem ipsum argumentum, non poenitendum, subministrare poterat, ad Christi diuinitatem, et gloriam Maiestatis carni communicatam, euincendam. Θεος γαρ ον μόνος, τὰ τοιαῦτα δῶρα χαρίζεσθαι: Dei solius erat, id genus dona largiri.

Verum hic non ueniebat in quaestionem, quid efficere Filius uellet Dei per Spiritum Sanctum in cordibus fidelium, sed quid in seipso et suo templo, per

mortem destruendo, et intra triduum restituendo, efficere posset. Prouocat enim Apostolus claris uerbis ad resurrectionem Saluatoris, qua demonstrauerit se esse filium Dei, quia nempe eam perfecerit *natura πνεύμα ἀγιοσύνης*, secundum Spiritum sanctitatis. Per quem singularem titulum nihil aliud intelligi potest, quam ipsa Christi Saluatoris diuinitas, contradistincta humanae naturae seu carni, et si cum ea intime et personaliter unita, iuxta ueterem Canonom: *Quotiescumque Caro et Spiritus in Christo opponuntur, toties caro notat Christi humanitatem, Spiritus eiusdem diuinitatem*; quem sollicite urget, cum aliis nostrae ecclesiae doctoribus, B. AFFELMANNVS Syntagm. P. I. p. 452. eumque tamen minime ex Ioh. VI. 63. sed ex nostro oraculo, aliisque ut I. Tim. III. 16. I. Petr. III. 18. confirmandum esse grauiter monet. Hic itaque Spiritus Sanctitatis, qui λόγος est, effecit, ut caro ipsius non saltem sit Sancta, sed illud τὸ ἄγιον Sanctum, et totum compositum, quod nasceretur ex Maria, esset et diceretur Filius Dei. Luc. I. 35. Unde unio, περιχώρησις et communicatio naturarum ac idiomatum in Christo abunde patet. Quicquid enim redemptionis et officii suscepti causa peregit, fundamentum et radicem habet εν τῷ πνεύματι ἀγιοσύνης, in Spiritu Sanctitatis, siue eius diuinitate, sine qua etiam humana natura semetipsam suscitandi δύναμιν, quam reuera habet, non possedisset aut exercuisset.

Enimvero istud re ipsa factum fuisse, asserit Paulus.

lus. Declaratum esse Christum filium Dei dicit
 $\epsilon\zeta\alpha\varsigma\alpha\sigma\omega\varsigma\upsilon\eta\zeta\omega\colon ex\ resurrectione\ mortuorum,$
 quae alibi appellatur $\epsilon\kappa\upsilon\eta\zeta\omega\colon$ I. Petr. I. 3. Ergo
 non agitur de *resurrectione mortuorum aliorum*, cir-
 ca quorum suscitionem equidem non negari pot-
 est, Christum potentiam suam non saltem in diebus
 carnis demonstrauisse, uerum etiam adhuc notabili-
 lius demonstraturum esse in die extremo. Ioh. V.
 28. sed negotium est $\alpha\bar{\nu}\alpha\varsigma\alpha\sigma\iota\varsigma$ Christi ipsius, tan-
 quam fundamentum resurrectionis nostrae. Hoc
 uero solennissime demonstrare potuit, Iesum esse
 Filium Dei. Vti enim uera fuit facta in morte a-
 nimae a corpore solutio, ita cum saluum et inte-
 grum manserit unionis Hypostaticae uinculum, a-
 liisque causis grauissimis intercedentibus, & $\delta\upsilon\alpha\tau\bar{\nu}$, *impossibile*, dicit Petrus fuisse, ut diutius, quam
 triduo destinato, a morte retineretur. Act. II. 24.
 Vere igitur peracta est resuscitatio, et carnis cum
 anima redunitio, exigente illam gloria, iustitia,
 bonitate, ueracitate Dei, legis rigore, meriti ple-
 nitudine, nostraque utilitate, ut et tot umbrarum
 et typorum praefiguratione. Atque non modo
 peracta, sed etiam propria uirtute peracta est, cum
 non alia requireretur, quam diuina. Atque hanc
 habuit ab aeterno Victor noster, neque sic
 illam in morte amisit, sed potius seruauit et uali-
 diffime demonstrauit, imo et carni suae mox in
 incarnatione communicauit, ut illa non saltem di-
 catur uiuifica Ioh. VI. 54. intuitu hominum alio-
 rum, sed dubium non sit, etiam a uirtute resusci-

tationis sui ipsius carnem non fuisse exclusam. Coloss. II. 9. Ioh. II. 19.

Est itaque τὸ ὠρισμένον, demonstratum, et productum infallibile, quod exinde elicit Apostolus noster, Iesum resuscitatum esse Filium Dei! Quae summa fidei nostrae, tantae est firmitatis, ut portae inferorum et munita ab hostibus diuinitatis Christi erecta, nihil prorsus praeualere, uel efficerre in contrarium possint. Quapropter nimis frigide resurrectio Saluatoris excipitur ab illis, qui ut Gentilium incredulitati circa Eius singularia et admiranda, ad quae resurrectio non postremo referenda est loco, subueniant, similia exempla, uel etiam commenta ex Ethnicorum historiis conquirunt, ex quorum apparenti paritate, aut miracula ista Saluatoris talia non fuisse, aut saltem naturae et rationi facile credibilia esse arguunt, et sic mysteria stupenda in passione, morte et resurrectione Iesu Christi conspicua admodum eleuant, atque imminuunt. Qua in re minus cautus fuit PETRVS DANIEL HVETIVS, qui etsi uideatur interdum saltem κατ' ἀνθεπονητὸν procedere, directum tamen et imbecille satis argumentum ex eo subinde petit, quod illi fidei articuli, tametsi in se a rationis iudicio satis remoti, qui de Christo agunt, ob paritatem exemplorum, inter Gentiles occurrentium, nullo negotio credi possint. *Quæst. Alnetan. p. 254. et 258.* Nos potius sequimur Apostolum nostrum, qui mysterium resurrectionis Iesu Christi esse summum asserit, dum exinde Eius diuinitatem demon-

demonstrat, et uel hoc solo argumento Ipsum ab omnibus aliis resuscitatis, uel ad vitam aeternam resuscitandis, tanquam *caput et primitias a corpore et messe* distinguit. 1. Cor. XV. 20. Hinc etiam, dum Timotheo suo tantum dogma inculcare uoluit, ut frequenter illud animo suo recoleret, et memoria conseruaret, admodum emphatice praemittit: *Nόει ἡ λέγων δῶν γάρ τοι οὐ Κύριος σύνεστιν εἰν πᾶσι.* Attende quae dico, dabit enim Deus tibi intellectum in omnibus: ut doceat, ad hoc mysterium recte capiendum requiri Spiritus S. illuminationem, qua σύνεστις eius nobis conferatur Eph. III. 4. II. Tim. II. 7. 8.

Hoc animo uestro uoluite, Ciues, et potentiam Iesu Christi Filii Dei, quam in sua ex mortuis resurrectione demonstrauit, hilari mente pensate. Arguta est meditatio BERNHARDI, qua Christianos, ad imitationem Saluatoris, docet esse debere triduanos, et triduum sanctum consumere pri-
mum in labore, alterum in requie, tertium in re-
surrectione. Quatriduanos fieri cum Lazaro, qui
prae peccatis iam foeteant. *Serm. I. in die Paschat.*
p. 166. ed. Gillot. Agite igitur laetos sanctosque di-
es in labore mentis ad laudem Saluatoris nostri
compositae, ut tandem auspicatum quietis diem
aliquando beati intueamini. Fugite quartum di-
em, qui peccatis contaminatus est, et Numini in-
gratissimus, sordesque flagitorum omni animo-
rum religione et circumspectione auersamini. Et
ut pietatem uestram opere et documento aliquo
con-

conspicuo testemini, accedite nobiscum ad aram,
et ministros, beneficiorum Diuinorum Interpretes
ac nuncios, gratitudinis quodam et liberalitatis spe-
cimine cohonestate! P. P. Fer. I. Pasch. A. O. R.
M DCC XXIII.

Die II. Apr. Dissertationem Philosophico-Lite-
rariam de subsidiis Attentionis merito et
falso suspectis, Praefide M. IOH. ZA-
CHARIA HILLIGERO, Facult. Phi-
los. Assessore, literatorum συγγρήσει subiecit au-
ctor BERNARDVS MOLLMANN,
Flensb. Cimber. Phil. et SS. Liter. Cultor.
Vitemb. Literis Viduae Gerdesiae pl. 5.

Praeses hactenus et ab industria et humanitate se
eximie commendauit, ita, ut ipsi omnem fortu-
nam quilibet probus apprebetur. In prooemio uen-
tilauit auctor quaestionem, *utrum tempora recen-
tiora auctusrioribus, an haec illis, eruditionis laude
sint anteferenda?* Priorem sententiam *Guil. Walto-
nus et Claudio Perraltus, posteriorem Nicol. Boi-
laius, Guil. Temple, Dominicus Bouhoursius, Clau-
dius Fraquier* maxima animi contentione defende-
re sunt conati. Auctor ad priorem accedit existi-
mando, nullum ferme eruditorum esse, qui suo
eandem plauu et assensu non excipiat. Probat af-
fertum praecipue exinde, quod 1) Sapientiae studi-
um cum historia literaria pulchrius hodie floreat, 2)
nemo in solius Aristotelis uerba iuret, 3) nemo
Vasquetio et Conimbricensibus perlegendis ho-
die

die tantum uacet, 4) accuratiora Cartesii, Gassendi, Clerici, Ehrenfr. Waltheri, Tschirnhausenii, Leibnizii, Christ. Wolfii, Rudigeri extent, in quibus immutata plane Philosophiae facies, falsis correctis, inutilibus reiectis, et magis necessariis nec non fructuosis excogitatis, conspiciantur. Laudantur porro *Malebranchius*, *Claubergius*, *Clericus*, *Crousazius*, *Syrbius*, *Roetenbeccius*, quod in emendando intellectu studiose occupati iam generatim quaedam de subsidiis attentionis monuerint. Totum negotium tribus absolvitur capitibus quorum I. septem paragraphis de Attentionis Natura et Indole differit. §. 1. sicut subsidia eruditionis, generatim Φύσις, μάθησις, ἀσκησις, postmodum externa, bibliothecas, scholas, societates literarias, munificentiam patronorum, peregrinationes, conuersationes cum Doctoribus, typographias, denique interna, linguarum culturam, librorum lectionem, collectionem, repetitionem, experientiam, assiduam meditationem. §. 2. meditationis prae ceteris praestantiam. §. 3. inter media meditationis refert dubitationem positivam, praecipue uero attentionem uberiorem, cuius natura expenditur §. 4. una cum quaestione, §. 5. utrum dependeat ab sola uoluntate, an uero ab intellectu, an ab utroque simul? quod posterius adfimat *Syrbius*; ipsam attentionis operationem ad intellectum, obseruationem uero eiusdem et imperium ad uoluntatem referens, §. 6. de attentionis necessitate agit. §. 7. fit ad Cap. II. transitus, quod para-

paragraphis tredecim in subsidia Attentionis merito suspecta inquirit, inter quae auctor §. 1. recenset silentium quinquennale Pythagorae, cuius alumni $\alpha\pi\gamma\sigma\tau\mu\circ\iota$ dicti, §. 2. oculorum priuationem Democriti, §. 3. attentionis remedium ex herbae Nicotiana usu Cornelii Bontekoe in *Lib. von den Menschlichen Leben. P. III. §. 43. p. 385.* §. 4. ex germanicae linguae in Lectionibus praesertim Academicis usum Martini Mussigii im *Licht der Weißheit Tom. I. Cap. V. p. 251. sq.* §. 5. lucubrationes minus salutares, §. 6. tempus diurnum apud illos, quos turba hominum, strepitus impediunt. §. 7. singularem corporis situm, §. 8. imagines, §. 9. imaginationem, Alba Academica, et exempla. §. 11. præmia et poenas, §. 12. gloriam, famaeque cupiditatem, §. 13. curiositatem. Cap. III. de subsidiis Attentionis falso suspectis disquiritur, quorsum reducitur §. 1. solitudo, §. 2. aurora Musis amica, §. 3. animi et corporis ratio, §. 4. Mathefis, §. 5. methodus unum uno tempore obiectum, reliquis tantisper sepositis, considerandi, §. 6. obiecti contemplandi, si non semper ex rei ueritate, tamen ex fictione, dignitas, §. 7. necessitas, §. 8. obsequium filiale erga Deum. §. 9. monetur, haec Attentionis subsidia in Cholericis et Melancholicis applicatu esse faciliora, ac in sanguineis, §. 10. subnectitur epilogus.

Die sequenti Dissertationem Iuridicam, qua errores circa bona utensilia uxori a marito

rito tradita emendantur, Praefide Dn. IOH.
BALTHASAR WERNHERO, ICto,
potentissimo Poloniarum Regi et Elect.
Sax. a Consiliis Aulae atque Iustitiae, Or-
dinario et Antecessore primario etc. pro
gradu Doctoris impetrando publice defendit IO-
ANNES FRIDERICVS Seifried,
Frib. Misn. Aduocatus Lipsiensis. Vitemb.
Lit. Viduae Gerdesiae plagg. 5.

Haec Dissertatio constat 31. paragraphis
quos sequuntur tria corollaria. §. 1. Exponit op-
tionem Pragmaticorum statuentium, in Saxo-
nia res mobiles ad usum domesticum uel ornatum
uxoris comparatas, atque huic a marito traditas, sta-
tim illi ex praesumta donatione cedere, quod §. 2.
negat, ea adductus ratione, quod eiusmodi res nu-
da traditione naturam geradae induere nequeant,
deficiente titulo. §. 3. et 4. ostendit, tituli loco non
posse allegari praesumtam et ueram donationem,
utpote quae LL. est prohibita, §. 5. sententiam su-
am, quod sc. in rebus utensilibus a marito uxori
sive simpliciter traditis sive expresse donatis, haec
superstite marito, nihil iuris habeat, sed in mariti
dominio maneant, proponit, eamque tum rationi-
bus iuris, tum uariis praeiudiciis §. 6. corrobo-
rat, §. 7. transit ad argumenta dissentientium de-
struenda, et ante omnia §. 8. refellit Carpz. sen-
tentiam, §. 9. textum in Land R. lib. III. art. 38.
in fin. secund. principia iuris ciuilis, et Sax. expli-
cat,

cat, quod §. 10. et 11. enucleando textum in Land R. L. I. art. et in P. 3. const. El. 22. persequitur, §. 12. uentilat quaestionem: utrum donatio rerum geradilium tanquam sub modo facta, ualeat? §. 13. Hart. Pistoris argumenta sub examen reuocat, eodemque contendit, marito de rebus utensilibus ab ipso profectis, non ademtam esse facultatem disponendi, §. 14. demonstrat, ius, quod uxor post mortem mariti habet in rebus geradilibus, ipsi eo uiuo in iis non competere, idque uariis Iuris Sax. testimoniis §. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. confirmat, Hart. Pistorem passim refutando. §. 23. Errores ex contraria sententia profluentes recitat, inter quos primum excudit, reiicitque Bona utensilia a marito uxori tradita, ab ea posse alienari uiuo marito. §. 24. alterum sistit, quo sc. aduersarii marito facultatem alienandi res geradiles in usum domesticum comparatas et uxori traditas denegant; §. 25. tertiam erroneam sententiam, qua, reuocationem eiusmodi rerum saltim intra annum et diem locum habere, defendit, discutit; §. 26. quartam iuribus contrariam proponit: defuncta uxore, uel filiam uel cognatam eius patri uel marito auferre posse bona utensilia ipsius sumptibus comparata, §. 27. ad quintum errorem pererudite respondet: vindicari non posse ab uxore tales res ex concursu in bonis mariti uiuentis orto, §. 28. sextum: non affici huius generis res hypotheca in bonis mariti competente impugnat, et §. 29. septimum: Inter geradam uiduae et proximae cognatae nullam differ-

ferentiam intercedere, eiusdem ularis esse affirmat. Eum in finem adducit §. 30. responsum ab inclito ordine Iur. Vitem. datum, quo recitato §. 31. concludit.

Corolaria quod attinet, primum ita sese habet: *Nepos Clericus ab auiae Gerada excludi nequit; quod enunciatum responso a facult. Halens. Iurid. dato 1721. munit.* Secundum huius est tenoris: *Dispositio statuti Lipsiensis in §. 35 quod maritus uxori sine filia defunctae, succedat in Geradam, ad omnes incolas urbis, qui magistratus ciuili iurisdictioni subsunt, pertinet, licet ciues non sint, modo ad one-ra publica conferant:* Tertium uideatur in ipsa disput.

Programma, quod more recepto disputationibus inauguralibus adiici solet, confecit Ordinis ICtorum h. t. Decanus Dn. GEBH. CHRISTIAN. BASTINELLER, D. et Digesti ueteris Prof. Publ, Curiae item Electoralis Prouinc. Consistorii Ecclesiastici ac Scabinatus Assessor, in quo Programmate in uocem et originem Geradae inquirit, proverbi ueritatem: *Die Gerade macht uiel ungerades, dilucide demonstrat, tandemque, ad euitanda iurgia et dis-sidia, Geradam abrogandam esse, censet.*

Nondum elapso hoc die Auctoritate Caesarea Regia atque Electorali, Rectore Magnifico GEORGIO FRIDERICO SCHROE-ERO SS. Th. D. et P. P. Dn. SAMVE-LI SIGISMVNDO Seyfried et Dn.

IOH. FRIDERICO Seyfried, Freiberg.
 Misn. Fratribus Germanis Iuris utriusque Licentiatis summos in utroque Iure honores, more institutoque maiorum, contulit, nomine Ordinis Iuridici in Academia Vitembergensi eiusdem h. t. Decanus, **GEBHARDVS CHRISTIANVS BASTINELLER, D.** D. V. P. P. Curiae item Elect. Provinc. Consistorii Eccl. ac Scabinatus Assessor, quem actum schedula in tabula publica intimauit. Literis Viduae Gerdesiae pl. 1.

Die eodem Henotica Orientis, Praeside **IOH. GVILIELMO BERGERO** Sac. Caef. Mai. Consil. etc. historice edisseruit auctor **M. CHRISTIANVS LVDOVICVS Seller**, Hamburg.

Die eodem de Typo Constantis, Praeside **M. CHRISTANO LVDOV. Seller**, Hamburg. historice differuit **IOH. PAVLVS RAM**, Freiberga Misnicus. Vitemb. Literis Viduae Gerdesiae pl. 14.

Auctor legendam sistit praefationem et tractationem, duo in capita diuisam. Cap. I. Sect. I. agit de Encyclicis Basilisci, innexa Encyclica Epistola Basilisci, quae conciliatrix, sub pacis colore, foedam, ex mente Steluri, doctrinarum inter se dissidentium parabat confusionem, et ipsum Chalcedonense Concilium conuellere, sed frustra. Hanc nouo dein-

ceps

ceps edicto condito, irritas pronuntiavit, quae Antencyclicas literas Basilisci auctor subiunxit. Sect. II. differit de Henotico Zenonis, ipsi dissertationi innexo. Cap. II. Sect. I. de Heraclii Ecthesi, quoad singula uerba hic repetita. Sect. II. de Typo Constantis, qui pariter subiungitur. Prolixam hanc dissertationem uberius recensere ac repetere nolumus, tum propter argumentorum erudite pertractatorum multitudinem, tum propter thematis, praesenti cum primis tempore, praestantiam et utilitatem, quae sic comparata est, ut lector curiosus dissertationi huic locum inter libros suos concedere, eandemque oculis perlustrare eruditis de facili sic permisurus.

Die sequenti h. t. Decanus et Procan-cellarius Facultatis Theologicae MARTINVS CHLADENIVS, SS. Theol. D. eiusdemque Prof. P. Ord. Templi ad Arcem Praepositus et Consistorii Eccles. Assessor, solennia Doctoris indicauit, et hocce programmate, quod hic inserimus ciues Academicos ad exhibendam honorificam praesentiam invitauit.

Cum innocentissima quoque, et ecclesiae Dei salutaria instituta, atque ab antiqua aetate ad nostram, pio Maiorum consilio, deriuata, sinistris subinde iudicis exposita sint: non facile quispiam mirabitur, Doctoris in Theologia gradum, uti olim a Carolstadio, Fanaticorum coryphaeo, spiritu uertiginis corrupto, contemtus est, ita idem fatum

hodie subinde persentiscere. Iste sane uir turbulentus, ratione nulla ductus, id fecit, nisi quod uerborum Christi, *Matth. XXIII. 8.* sensum, utpote Scripturae, eiusque consuetudinis ignarissimus, et Doctoris uerbi gradum adeptus, antequam uerbum Dei perlegisset, satis peruersum finxerit, et in partes suas traxerit, contra mentem et intentiōnem Saluatoris. Hic enim Phariseorum abusum, et effectum praeposterum honorum ac titulorum, quos ipsi impertiri solebant, cumprimis in sublatione fraternitatis, et captatione eminentiae conspicuum, tolerandum non esse, eo in oraculo censuit, minime uero prohibuit honorare Viros, bene in ecclesia meritos, illosque doctrinae praemiis excipere, et ulterius ad gloriam Dei amplificandam excitare. Nam diuus Apostolus non dubitauit mandare Timotheo, ut et ipse alios in doctrina coelesti futuros ministros erudiat, et *seligat homines fidos, qui sint in avoι καὶ στέρεγες διδάξαι,* 2. Tim. II, 2. Id quod aliter fieri uix potest, quam cum aliqua distinctione muneris et honorum, quibus nonnulli, absque fastu tamen et ambitu, debeant indicari *duplicibus digni*, 1. Tim. V, 17. non ut se efferant; sed eo efficacius inuitentur, ad uires ingenii omnes eo conuertendas, ut gloria Numinis, per ueritatis coelestis propagationem strenuam, quam luculentissime amplificetur; de quo oraculo conferri potest S. SCHMIDIVS in *Dissert. Selectis* p. 765. sq. succinctus, sed solidus eius interpres.

Qui

Qui itaque illustrata et purgata mente rem hanc perlustrant, haud difficulter a se impetrabunt, ut uera emolumenta, ex Doctoratu Thologico rite ac digne impetrato, non pauca redundare, nobiscum profiteantur. Neque enim, minus recte egisse me, quisquam arbitrabitur, si ad exemplum *Rom. XI, 13.* commoda nostri munericis depraedicauero, ea que ad octonarium deduxero.

I. Intueamur Ecclesiam ueram, sponsam Christi sanguine acquisitam et ablutam, coetum sanctum Dei, in quo floret Euangeli praedicatio, et Sacramentorum dispensatio incorrupta et sincera. Huius emolumenta cum gloria Numinis Trinunius adeo arcte sunt combinata et coniuncta, ut uel hanc ideo collegerit, quo nomen eius in aeternum glorificaretur, atque hic inter gentes late longeque cognosceretur et collaudaretur. Haec sub capite Iesu Christo constituta, opus habet ministris et dispensatoribus, ἀκεΦαλαια enim et αινπηστια illinc Papismum cum capite heteroclitio, hinc Fanaticismum, aliaque portenta exsuscitauit. Positis uero ministris, ponitur eorum differentia, quam non turbat aut tollit unitas fidei et confessionis, obiecti generalis, ac finis generici: Manet enim distinctio donorum, circa doctrinam exponendam, obiecti, et finis specialis, quae faciunt, ut sicut non omnes quondam fuerunt Prophetae et Apostoli, sed nonnulli etiam Doctores, uerbum Dei futuris ministris proponentes, ita hodienum non omnes sint Doctores, et ad ueritatem aduersus insultus ho-

stium recte vindicandam, uel apti uel uocati. Adducit inter alia IOH. HOORNBEKIVS in hoc argumento HIERONYMI testimonium, qui profitetur iuxta ueterem in *Alexandria consuetudinem*, *semper Ecclesiasticos fuisse Doctores*, quae uox capienda, non sensu quodam laxiore, ut omnes in ecclesia populum Dei erudientes designet, sed illos speciatim, quibus datum fuit negotium, tradere doctrinam coelestem futuris ecclesiae ministris, et honor aliquis titulusque publicus, ex auctoritate Magistratus et Imperatorum, sigillatim ideo tribui coepit, *Orat. de Scholis Theologicis, Miscell. P. II. p. 563.* Interest igitur ecclesiae, interest magistratum, ut penitus et manifestius constet, quinam Viri sint idonei ad subeunda munia grauiora, quibus disciplina, ordo et doctrina in ecclesia custodiri et conseruari queat. Neque id melius, sapientum iudicio, cognosci potest, quam si in palestra talem se quis virum praestiterit, ubi, quia mille oculis, auribus et iudiciis doctorum expositus est, non perfuctorius ac piger, sed masculus, probeque exercitatus, rerumque diuinarum gnarus, et excitatus requiritur animus. Etiam si enim, hic obiici queat, fieri posse, ut indigni etiam admittantur, meo tamen qualicunque iudicio, id admodum raro, difficulter praeterea, et forsitan non nisi ab audacissimo quoque tentabitur, ut se ad res sanctas publice defendendas, uel honores amplectendos actingat, nisi de suis profectibus aliquam et solidam, et si non superbam et praefidentem, spem

con-

conceperit. Hac ratione sicut olim urbes quædam pharetrae gentium salutatae, ita Academiae bene ordinatae tam sunt felices, ut parent Ecclesiae et offerant Viros Dei ἐξηγετισμένος, aptos et idoneos, beneque munitos et instructos ad opus Numinis feliciter et strenue perficiendum, 2. Tim. III, 17. eorumque uelut Triariorum, etsi paruum, selectum tamen et robustum, forment exercitum.

II. Quam sancta et innocens hinc in eos deriuerunt uoluptas, qui in Academia docentium munus obire iussi sunt, absque meo indicio omnes asse-quentur, si cogitare nobiscum uelint, quid a docentium animis, molestias et taedia, quibus interdum tale officium circumscribitur, cum aliis remediis ualidissimis abstergere queat. Idem nimirum, quod in hortis agrisque cum sudore occupatis, iucundissimum euenire solet, si nempe laborum et curarum fructum largissimum, ex arboribus et frugibus, laeto quodam prouentu surgere sibi uideant et animaduertant. Miseras censuerim animas, quae tantum negotium ex lucro alioue modulo aut metiantur, aut metiri Doctores ueros credant. Fru-ctus Apostoli erat, multas Christo lucrari animas, multosque formare ac dare ecclesiis uiros, utiles in domo Dei, et qui essent δυνατοὶ παρακαλεῖν, τὰς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν, Tit. I, 9. Hunc fructum creditus esse satis luculentum, et in tremendo Dei iudicio aliquando sinceris operariis honorabilem. Quod morum Doctor de Patrum honestorum morte iucunda praedicat, si filios simi-

les sui in terris relinquant, idem iis usū uenire, arbitror, qui in opere Domini desudant strenue, ut Academicis pulpitibus, et suggestibus sacris iuviros probatos spectatosque exhibere suo tempore possint.

III. Facile sic erit iudicium, quantum a Docto-
ratu Theologico, digne suscepto, ad iuuentutem
studiis sanctis litantem, ueri emolumenti redundet.
Videt enim illa, et experimento aurium mentis-
que percipit, dona Dei, in ecclesiam profusa, esse
sapientissimae eius dispensatiōpis admirandum, imo
plane stupendum opus: quoniam illa in se sunt ua-
ria, uaria tametsi non omnia, in unum Dei mini-
strum conglomerata, ita tamen comparata, ut o-
mnia et singula ad publicam ὀμοδομὴν faciant, si
recte in usum uocentur. Deprehendunt ex iteratis
speciminiib⁹ feliciter editis, quam accuratum in
Sanctarum Literarum, et rerum diuinarum undi-
quaque felici interprete, requiratur pondus inge-
nii, memoriae, iudicij; Quanta subsidia lingua-
rum, literarum, librorum; quantum auscultationis,
meditationis, lectionis, disquisitionis, attentionis,
circumspectionis; quantum soliditatis, perspicuita-
tis, dexteritatis, fidelitatis; quanta in differendo
promptitudo, grauitas, elegantia, neruositas, si quis
nomina, sub Doctoris nomine comprehensa, omnia,
vel praecipua saltē implere uelit, ut taceam alia
multo plura, quae an uel aliqua uel copiosa, et
larga mensura praesto sint, nullo negotio dignoscitur
ab illis, qui a prima iuuentute bonis solidisque

prae-

praeceptis doctrinae formati et imbuti fuere. Quis uero dubitet, sic uelut incendi et acui animos honestorum iuuenum, ad optima quaeque, et in emolumentum ecclesiae natorum, ut omni contentione elaborent, ne uacuos relinquant ingenii sui loculos, et in postremis haereant, sed adspirent ulterius, et in sancta disciplina incrementa incrementis addant, donec, si non summas, aliquas tamen, lineas feliciter absoluant. Magna enim uis est exemplorum, nec tantum regulis ac praeceptis, quantum exemplis, in uariis eruditionis partibus, interdum profecisse multos, obseruant rerum periri.

IV. Nec uero satis exprimi posse puto, quam insigne emolumentum, ex gradu honoris, rite petito atque obtento, in Doctorem ipsum deriuetur, si sit bonae et honestae mentis, omniumque virtutum cultui strenue deditae. Sicut enim modesti animi est, honoribus non temere inhiare, ita eos ex iustis atque idoneis causis, decenter petere, modestiae laudem nequaquam uiolat. Et quo mens est generosior, eo minus peruersum gloriae auctum suscipit, acquisitam uero uirtutibus, eo strenue magis deinceps tuetur. Atque sic fieri nequit, quin fructus hic luculentus enascatur, ex gradu eruditionis Theologicae impetrato, ut recognito illius ambitu uastissimo, et campo spatiofissimo, de nostra sapientia submissiores paulo conceptus formemus, et cum Luthero, Doctorum Euangeliorum Patre ac Principe, tum demum nos felices

aestimemus, si ab apice doctrinae interdum ad fontes uelut lacteos catecheseos Christianae nos recipere, et in illis animum pascere nostrum queamus. Multum sane beneficij diuini est, nosse mysteria sacra, eorumque abyssum quadantenus ingredi tentare: non tamen inferius est beneficium agnoscere simul, ne quidem nos uada eorum satis tentauisse, tantum abest, ut profunditatem omnem fuerimus emensi. Nam et Apostolica, scientia omnium Doctorum sublimior, fuit *ex usq; 1. Cor. XIII, 12.* et culmen summum haec non consequitur, quamuis sagacissimo ingenio in id quis elaboret. Et tametsi, perperam atque peruerse satis, Arminiani multa, de quibus ex uerbo Dei liquidissime constat, ad Academiam coelestem referenda putent, ut Scepticismum suum sic commendent, et incrurent: esse tamen, quae etiam Scientissimum fugiant, et quae in uita demum aeterna felicius et facilius ediscantur, nemo facile dubitabit.

V. Haec interea non ita intelligi uelim, ac si animum idcirco quis plane despondere debeat. Ipse enim gradus, quem Doctor ecclesiae sincerus obtinuit, fiduciam et sanctam animi confidentiam illi conciliat, ut cum eo magis obstrictum se esse sentiat, ad tuendam concordiam doctrinae, ipso iure iurando, quod Doctorandis incumbit:

Ego N. promitto Deo aeterno, Patri Domini nostri Iesu Christi, Conditori generis humani, et Ecclesiae suae, cum Filio suo Domino nostro Iesu Christo, et Spiritu Sancto, me Deo iuuante, fideliter

ter seruiturum esse Ecclesiae, in docendo Euangelio
sine ulla corruptelis, et constanter defensurum esse
in consensu doctrinae, comprehensae in Augustana
Confessione, quae per hanc Ecclesiam exhibita est
Imperatori Anno 1530. et latius explicata in eius-
dem Confessionis Apologia, Smalcaldicis Articulis,
Catechismis Lutheri, et libro Concordiae A. 1580.
publicatae, quibus Scriptis omnibus manu et corde
subscripsi. Et cum incident controversiae diffici-
les et obscurae, non solus, nec temere, sed re de-
liberata cum aliquibus Senioribus, qui docent ec-
clesias, retinentes doctrinam A. C. secundum nor-
mam et regulam Verbi diuini, atque Christianae
fidei, pronunciabo. Ita me Deus adiuuet!

Istud quoque maiori cum πληροφορίᾳ atque ala-
critate praestet, nulloque impedimento se ab eo
instituto et regia via dimoueri patiatur. Docu-
mento maxime illustri esse potest, praeter alios, et
prae aliis, nunquam satis uel nimis allegandus LV-
THERVS, quem constat Doctoratum suum omni
auto antetulisse, uel ob causam hanc solam, quia
eo tanquam clypeo satis se munitum in consciencie
persenserit, ad ueritatem coelestem defenden-
dam, et detegendos Papatus errores. Et omnino,
ubi ad hanc Vocationem Doctoris, ut defendamus
eius causam, oppido diuinam et iustissimam, a no-
bis subinde prouocatur, uelut obrigescunt crimi-
natores, cum negare non possint, eum perinde ac
alios, isto fine Doctorem SS. Literarum fuisse re-
nunciatum, ut Verbi diuini auctoritatem et sancti-
tatem

tatem a corruptelis ac traditionibus humanis vindicaret et liberaret. Recte igitur fecit Vir, herico plane spiritu coelitus praeditus, quod, minis hostium non curatis, uiae diuinitus designatae, constanter et intrepide institerit, et documentum posteris reliquerit perseverantiae, in fide inuictae, et aeternae tandem gloriae praemio cohonestatae. Quod si intueantur crebro, quotquot in eius uestigiis, quae etiam rite impetrato hoc gradu reliquit, incedere gloriæ sibi et laudi ducunt: quis dubitet, tot praeclaris illius tropaeis recte inspectis, ipsos, quicquid ad ueritatem tuendam, legibus diuinitus praescriptis conformiter fieri potest ac debet, ex toto pectore suscipere et conari?

VI. Redeo ad ecclesiam puriorem, eiusque emolumenta uno adhuc nomine sic promoueri arbitror, quando concordiam et consensum a piis confessoribus, ut retineretur in ecclesia, tantopere exoptatum, non parum conseruari et confirmari euicero. Quod enim apud omnes et singulos ministros uerbi fieri solet, ac debet, ut ad Symbola coetus nostri, sancta quadam religione obstringantur, illud extantiori adhuc solennitate Doctorum mentibus insinuat, ut τὸ ὄμοΦεονεῖν καὶ ὄμολαλεῖν, opere ipso, sedulo exerceant, et ubique operam adhibeant, ne per nouatuentes sententias, uel recoctionem ueterum et profligatorum errorum ecclesia aliquid detrimenti patiatur, sed ex verbo Dei falsitatem eorum demonstrent, atque ueritatem sufficienter ex illo fonte limpidissimo comprobent. Nascitur hinc

hinc sponte uinculum charitatis, atque confessatio fidei et confessionis, inter eos quoque, qui etsi spatiis locorum inter se nonnunquam dissiti et remoti, nihilominus doctrinae arctissimam coniunctionem seruant, et arcano quodam amoris tractu in id unice conspirant, ut, quod ad tuendam ueritatem et propagandam integre ad posteros, spectat, mediis genuinis adhibitis, omni studio prosequantur. Quantum uero hoc ad statum Ecclesiae pacatum et felicem conferre possit, uel me silente, non nunc demum assequuntur, sed dudum ante me perspexerunt Viri, de bono ecclesiae solliciti, et scriptis ad posteritatem relictis professi sunt. Legantur hanc in rem prudentissima consilia NICOLAI HVNNII, solidissimi quondam Theologi, in *Consultatione de controuersiis Theologicis, praesertim P. II. c. IV. §. 466. et sq. p. 503.* quae tamen ut hic adducantur, institutum non patitur, sufficerit nobis, ostendisse, fructum Doctoratus ad eccl esiam uniuersam redire posse.

VII. Si demum ministerium uerbi ipsum respiciam, quod Numen benignissimum ad conseruandam euangelii de Christo praedicationem sinceram consilio benignissimo constituit, ordine quodam externo istud indigere, consensione omnium prudenter et Scriptura ipsa autore *i. Cor. XII, 28. XIV, 40.* nobis abunde constat. Τάξις illa requirit, ut, quos Deus, fons omnium donorum largissimus, prae aliis ornauit, illis etiam ornamentis fruantur, quae clementia Imperatorum, Regumque ac Principum

pum in gradus Academicos defluere jussit, ac si-gillatim quoque in eos, qui Doctoris in Theolo-gia axiomate fruuntur. Longum esset illa hic enar-rando persequi. Placet illam propensionem Prin-cipum uno specimine testari, quod Leucorea nostra inter alia felicitatis documenta, ad praesentem ae-tatem, a gloriosissimis Electoribus, ac REGE no-stro AVGVSTISSIMO, multis additis augmentis continuata, quondam oculis suis uidit, et posteri-tati scriptum reliquit. Anno nimirum MDXXXIII. die XVI. Junii, ubi a multis negotiis publicis velut defessus, ut animum exhilararet, huc uenerat Elector IOH. FRIDERICVS, sanctae memoriae princeps, ad se protinus uocari iussit IVSTVM IONAM, MARTINVM LVTHERVM, PHILIPPVM et POMERANVM, ad consulendum et deliberandum de Synodo generali, de qua antea actum erat cum legatis Caesareae Maiestatis. Et cum inter alia D. MARTINVS breui futurum dixisset, ut Doctora-lia insignia acciperent CASP. CRVCIGERVS, IO-HANNES POMERANVS et IOHANNES ÆPI-NVS, Superintendens Hamburgensis, Princeps sibi gratum futurum indicauit, si apparatus, se praesen-te, intra triduum celeriter fieret, se sumitus sub-ministraturum, auditurum disputationem, et interfuturum aulae Doctorali. In quo cum promptissime Patres essent obsequentes, altero die Doctorandi omnes, assidente Electore a principio usque ad fi-nem, una cum IOH. ERNESTO, Duce Saxonie, FRANCISCO, Duce Luneburgensi, MAGNO, Du-

ce

ce Megelburgensi, ERNESTO, Duce Brunsuicensi, Comite a GLEICHEN, aliisque, qui Electorem comitati, disputatione: Cui cum essent ideo gratiae actae, aulam Doctoralem sequenti die in templo arceis institutam, Promotore IVSTO IONA, supra dicti uiri clarissimi Doctores creati, et Licentiatus renunciatus est NICOLAVS GLOSSENVS, Pastor Reualiensis, praesente rursus Electore, qui deinceps suo sumtu splendidum, et per omnia Regium, epulum in arce dedit omnibus Doctoribus, magistris et plerisque huius Professionis Scholasticis, ita ut mensae XX. numeratae fuerint. Hanc munificentiam IVSTVS IONAS et circumstantias illas quoque, manu sua annotandas esse censuit, sub Decanatu, quem tunc gessit, *ut posteri intelligant, qua singulari propensione animi, et quo amore Illustrissimus Princeps erga doctores Euangelii et studia pietatis fuerit, prout eius ipsius uerba sonant, perinde ut reliqua non sine animi uoluptate legenda.*

VIII. Enimuero postremo et posteritatis multum interest, creari et renunciari Doctores Sacrae Scripturae probos, aptos et exercitatos, ut illa tandem norit, quo tempore ecclesia Dei fuerit talibus uiris, prae alia interdum aetate, magis instructa. Solet enim et hoc in negotio interdum maior quae-dam seculi foecunditas se offerre, nec absque mentis nostrae laetitia recolimus memoriam praeteriti seculi, quod ultra CXXX. Doctores Wittebergae renunciatos, eosque uiros utiles et eruditos, numerauit. Quid praesens per Numinis benignitatem

tem sit posteritati relictum, eius prouidentiae erga ecclesiam suam committimus, et pro hactenus exhibita clementia gratias, quas pectore nostro completi possumus, maximas ipsi agimus, rogamusque, uelit hanc nobis, nostroque Ordini, imo universae Academiae, imposterum quoque felicitatem concedere, ut nunquam desint viri in omni genere doctrinae et eruditionis clarissimi, qui gloriam Numinis amplificare et per uniuersum orbem ueritatem coelestem deportare atque proponere possint. Hactenus enim, quanta fuerit erga nos Numinis gratia, quaeque benedictio sub Rute Saxonicae umbra et sub AVGVSTISSIMI nostri REGIS imperio triginta annorum auspicatissimo, nulla hominum eloquentia effari potest. Alios EIVS MAIESTATI multos clementissime Auctor et Dux uitae addere uelit, et conseruare REGINAM AVGVSTISSIMAM, PRINCIPEM HAEREDEM, CONIVGEM et PROSAPIAM SERENISSIMAM, ut de beneficiis, ipsis, et prouinciis, Academiaeque nostrae concessis, nos cum posteris nostris non sine admiratione loqui queamus!

Nunc ad Solennia nostra transeo, quorum causam nobis facit *Excellentissimus Doctorandus*, Dn. L. GEORGIVS WALLIN Suecus, Vir de officiis suis in Ecclesia et Gymnasio Hernösandensi meritiſſimus, quem nuper publico scripto Academiae nostrae stitimus, ad specimina, quae Doctoris gradum impetraturis, ui legum nostrarum exantlanda sunt, beneuole audienda. Vt igitur in magna Parte

Acta Acad. n. Vitemb. 1723.

trum Comitoporum
ac Utricorum compo-
nuntur. Eadem p-
Principesque publici
cautus, a nobis v-
gilio rite et eruditu-
S. Theologia. L.
Collego nostro
ut igitur eum
nus genere or-
doctoriae, qu-
nacem, moni-
ditum, uim
exultum, p-
cru, qui ei, ou-
exakte informa-
ut ipfi homines,
florales in modis
itaque iunctionis

SERENTES

PRINCIPES

FRIDER
REGIS POLON
LITHVANIE C
SAXONIAE T
TIVM, ANGLA

trum Conscriptorum Venerandorum, Ciuiumque ac literatorum corona, oratione, concione et disputatione felicissime perfunctus, ita praeterea in Praelectionibus publicis a studiosa Iuuentute auditus, et a nobis ipsis tandem, omnibus et singularis rite et erudite transactis, comprobatus, ac SS. Theologiae LICENTIATVS dignissimus in Collegio nostro a me Decano renunciatus est. Sic ut igitur eum comperimus Virum, uario doctrinae genere ornatissimum, et cumprimis purioris doctrinae, quae Symbolis nostris continetur, tenacem, morum singulari suavitate et pietate praeeditum, uirtutibus per varia experimenta probatis excultum, ueroque tot itinerum susceptorum fructu, qui est, omnia probare et optimum tenere, exacte instructum: Ita nihil amplius superest, quam ut ipsi honores, qui in Theologia summi sunt, Doctorales in nomine Domini impertiamur. Quod itaque faustum et felix Deus Trinunus esse jubeat!

SVB AVSPICIIS

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI

PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

FRIDERICI AVGUSTI

REGIS POLONIARVM, MAGNI DVCIS
LITHVANIAE, CETERA, DVCIS ITEM
SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MON-
TIVM, ANGRIAЕ ET WESTPHALIAE,

M

S. R. I.

S.R.I. ARCHIMARESCHALLI, ET ELECTORIS LANDGRAFII THVRINGIAE,
MARCHIONIS MISNIAE, ET VTRIVS.
QUE LVSATIAE, BVRGGRAFII MAG-
DVBVRGENSIS, COMITIS PRINCIPALI
DIGNITATE HENNEBERGICI, COMI-
TIS MARCAE, RAVENSBERGAE
ET BARBY, DOMINI RA-
VENSTEINII

**DOMINI AC NVTRITORIS NOSTRI MVLTO
CLEMENTISSIMI**

RECTOR

ACADEMIAE MAGNIFICVS

VIR SVMME REVERENDVS, NOBILISSIMVS
ATQVE EXCELLENTISSIMVS

DOMINVS

**DN. GEORGIVS FRIDERICVS
SCHROEERVS**

SS. THEOL. D. EIVSDEM. PROFESSOR
LONGE CELEBERRIMVS, ET ALVMNORVM REGIO-

ELECTORALIVM EPHORVS SPECTATISSIMVS

PROMOTOR IN HOC ACTV DOCTORALI
LEGITIME CONSTITVTVS

POTESTATEM A ME

MARTINO CHLADENIO

SS. THEOL. DOCTORE ET PROF. PVBL.

TEMPLI OO. SS. PRAEPOSITO, ET CONSISTORII
ECCLESIASTICI ASSESSORE

HOC

HOC TEMPORE PRO - CANCELARIO ET
DECANO CONSECVTUS
PROXIMO DIE VI. APRILIS
AB HORA X.
VIRVM
MAXIME REVERENDVM, AMPLISSIMVM
ET EXCELLENTISSIMVM
DN, GEORGIVM WALLIN

GEVALI - SVECVM
SS. THEOL. LICENTIATVM
GYMNASI HERNÖSANDENSIS LECTOREM THEO-
LOGIAE PRIMARIVM REGIVM, ET CON-
SISTORII REGII ASSESSOREM

DE SVIS MVNERIBVS INSIGNITER
MERENTEM

SS. THEOLOGIAE DOCTOREM
SOLENNI RECEPTO QVE RITV CREABIT
AC PROMVLGABIT

ET

OMNIBVS PRIVILEGIIS, ORNAMENTIS
ATQVE INSIGNIBVS AD DOCTOREM
SPECTANTIBVS, CONDECORABIT

Quem actum ut praesentia sua splendidum et eo
augustiorem reddere uelint Patres Academie no-
strae Conscripti, Doctores et Licentiati, Ministri
Ecclesiae Pl. Reuerendi, Assessores omnesque pae-
trea Literatorum ordines, cum uniuersa Studio-
rum Nostrorum florentissima concione, nomine et

Collegii nostri , et meo , et Doctorandi , officio de-
bito et humanitate , qua fieri hoc par est , rogo et
contendo . DEVS coepit manum nostrarum se-
cundet . Atque in TE , LECTOR BENEVOLE ,
omnia felicitatis genera largissime cumulet , ec-
clesiamque suam tutam porro praestet et florentem !
P. P. Dom. Quasimodogeniti A. O. R.
M DCC XXIII. Virenb. Literis Viduae Gerdesiae.

Orationes , quas in Actu solenni tum Promo-
ror , D. GEORG. FRID. SCHROEER ,
tum Decanus et Procancellarius D.
MARTINVS CHLADENIVS , habue-
runt , sequenti , D E O uolente , semestri , tecum ,
beneuole lector , communicabimus .

Die XIV. Apr. de Iesuitis non recipi-
endis disputavit Praeses IOH. FRIDER.
SCHOMERVS et Resp. Autor MICH.
CHRISTOPH. SCHOMERVS , Suerin
Mecklinb. fratres germani . Vitemb. Literis
Viduae Gerdesiae .

Dissertatio haec ab argumenti utilitate et prae-
stantia se commendat egregie . §. 1. recensetur oc-
casio dissertationis , quam dedit Pater Soc. Iesu Li-
psiae , qui concione acriter in nostrates inueheba-
tur , et ita quidem , ut in ipsos fere reges iniurius
esset , quare etiam concentum e fenestris fractis
passus , inde se recepit . Conqueritur auctor hic
de impedimento studiorum suorum non exiguo :
Quod si uero ob spatii angustiam prolixa Iesuita-
rum

Die XV.
tradens obserua-
simodico po-
graflante , eu-
one , sub Presid-
RI. Philos. et

rum uerba ubique adducere, ac argumentum pro rei dignitate pertractare, integrum nobis haud fu-
erit, ueniam dabit L. B. edoctus, obstatre Leges
Ampl. Facult. Philos. quo minus dispr.t. Philoso-
phic. ultra duas, quod aiunt, plagulas extendere
liceat, sub poena mulctae prohibentes, §. 2. Iesui-
tae quinam, §. 3. qualis intelligatur receptio, §. 4.
Cur Iesuitae potissimum nominentur, §. 5. rationes
non theologicae, sed politicae adducuntur. §. 6. Ca-
pitis periculum principi metuendum ex doctrina
eorum de licito tyrannicidio, §. 7. probatur dogma
hoc ex scriptis eorum, §. 8. probatur, illos parri-
cidii Magnatum auctores et suasores extitisse, §. 9.
fons est licentiosa et impia eorum doctrina mora-
ralis, §. 10. summum Principem P. R. subiiciunt, §.
11. ius circa externa sacrorum et in Clerum ipsi e-
ripiunt. §. 12. aerario principis maximum damnum
afferunt, §. 13. subditos aere emungunt, §. 14. tu-
multus et seditiones excitant. §. 15. aulicismum a-
mant, et arcana imperii produnt, §. 16. multis in lo-
cis iuste sunt electi, §. 17. conclusioni amictitur
axioma: *Turpius eiicitur, quam non admittitur bo-
stis.*

Die XV. Apr. dissertatio inauguralis Medica,
tradens obseruationes selectas, de morbo spa-
smodico populari, hactenus in Silesia
grassante, eiusdem causis et curandi rati-
one, sub Praefidio CHRISTIANI VATE-
RI, Philos. et Med. Doct. eiusdemque

P. P. Phyl. Prou. Saxon. nec non Conf. Aul. et Arch. Anhalt. pro Licentia a IOHANNE GODOFREDO ANDREA, Luben. Siles. habita fuit. Vitemb. Literis Gerdesis pl. 3 $\frac{1}{2}$.

Prooemium plurimorum morborum causam ab aere atque alimentis repetendam esse, pronunciat. Hinc sequitur relatio morbi spasmodici in Silesia gravantis, ubi ipsi aegroti conuulsionibus affliguntur, integris sensuum actionibus. His, ad historiam morbi dilucidandam, exempla quaedam annexuntur. Historiae morbi succedit Thes. I. huius definitio, qua iste pro morbo epileptico spasmodico et conuulsivo, a motu atque influxu liquidii neruei in organa motoria irregulari atque impetuoso, oriundo habet. II. Sensationem a commotione succi neruei ad cerebrum, motum uero partium corporis nostri a motu huius a cerebro ad partes arcessit. III. Idem confirmare aunititur ex principiis huius succi particulis, ut dicitur, aethereis, salinis et sulphureis, balsamicis largiter imbuti. IV. ab aethere, extrinsecus partibus incumbente, motum succi neruosi continuari autumat. V. Huc quoque artificiosam partium corporis nostri structuram, praecipue sphaericam cerebri constructionem, liquidii neruei secretioni inseruientem, trahendam esse censet. VI. Neruorum ad omnes partes distributionem horumque in remotoribus angustiam et densitatem ad motus continuationem necessariam exhibet, VII. Motum tonicum meningum, praeci-

pus

pue influxum liquidi neruei, influxusque continuationem adiuuare innuit. VIII. Qua ratione contractio et dilatatio totiusque corporis densio exciteatur, exponit. IX. Morbi in Silesia epidemici causam ab influxu liquidi neruei inordinato in partes deducit, qui partim ab exstimulatione neruorum et horum originis, partim a mala ipsius liquidi dispositione excitetur. X. Inter causas occasioales, ad huius morbi generationem plurimum facientes, aërem multas et repentinias mutationes subeuntem praecipue accusandum esse, demonstrat. XI. Aëris mutationem meteorum productioni apprime fauere proponit, una cum emergentibus exinde malis in corrumpendo cibo et pabulo hominum aequae ac brutorum. XII. Hocce exemplo frugum corruptarum insecta et bruta deperdentium ac plane encantium et XIII. ipsorum hominum strage ex usu talis alimenti corrupti spasmodis afflictorum et deinde quoque interemtorum. Idem pariter XIV. exemplo infectorum et deinde olerum et piscium similem calamitatem excitantium illustrat. XV. Constat transitione ad morbum spasmodicum Silesiae, quem ab iisdem causis, XVI. fermenti seu miasmatis ex aere atque alimentis hausti acrimoniam, per subsequentem sphacelationem atque erosionem in illis, qui hoc contaminati fuerant, euincit XVII. Constitutioni naturae bonitati, atque adhibitae in tempore medicinae in acceptum ferendum afferit, quod non omnes perinde incolae hoc malo afflantur. XVIII. Rationem afferit, quomodo fiat, ho-

mines apparterent sanos et uegetos, absque ullis prae-
cedentibus indiciis hoc malo affici, huiusque Phae-
nomeni causam in fermenti morbosí subtilitate con-
sistere, existimat. XIX. Ab ipsa huius miasmatis
subtilitate, eiusque dissipatione intermissionem et
reciduum morbi deriuat, addita simul causa spasmí
tam uniuersalis quam particularis. XX. Laesionem
neruorum, integro existente cerebro, pro causa
spasmodorum integris permanentibus sensuum actioni-
bus agnoscit. XXI. Roboris hic aucti in motu im-
petuoso liquidi neruei causam consistere, dictat.
XXII. Paroxysmorum diutius uel breuius affligen-
tium aetiologyam a constitutione fermenti morbosí
repetit, cum adiuncta terroris ui in excitando et re-
nouando hoc affectu. XXIII. Hunc morbum cum
mania, melancholia, sopore atque ecstasi compli-
catum exhibet. XXIV. Hoc malum equidem peri-
culosum, ac non semper mortiferum esse multosque
post paroxysmum languorum corporis alios appeti-
tum impense auctum, alios capitis grauitatem me-
moriae debilitatem aliaque mala sentire, perhibet.
XXV. Maligni in hoc morbo miasmatis correctio-
nen atque euacuationem praecipit. XXVI. Ad hoc
assequendum remedia salina uolatilia aequa oleosa
nec non Bezoardica absorbentia, et XXVII, indici-
is ponderosis praesentibus uomitoria et purgantia
mitiora, praesertim Apecacoannham ac XXVIII. su-
dorifera et praecipue decoctum lignorum com-
mendat. XXIX. Venae sectionem hic, non nisi in
plethora imminentे inflammatione, ac febre sua-
det.

det. XXX. Vesicatoria ad auertendum paroxismum et fonticulos ad praecaendum atque XXXI. clysteres anodinos in paroxismo ceu ualde proficuos, ut et XXXII. Inunctiones et frictiones partibus primario laesis adhibitas laudant. XXXIII. Quaestione mouet, an thermae acidulae que in cura huius morbi conueniant, ad quod respondetur, thermas in ipso morbo non conducere, post morbum uero ad partium debilitatarum corroborationem uiles esse, acidulas uero hic penitus damnandas. XXXIV. Diaetam conuenientem seruandam, omniaque, quae morbo ansam dederunt, et quae eundem augere uel renouare possunt, nimirum acida flatulenta nimis calida et uolatilia uitanda esse monet. XXXV. Per euitationem causae originalis, aut si illud fieri possit, per huius correctionem, homines ab hoc morbo praeseruandos esse docet.

Praeside D. GOTTL. WERNSDORFIO de Moderatione Theologica, Temporis in Religione Praetextu, die 20. April. 1723. pro loco Candidati Theologiae disputauit M. ARNOLDVS GREVE, Hamburg. Vitemb. Literis Viduae Gerdesiae pl. 9.

Vbi in Prooemio ex *Mattb. X. 16.* Ecclesiae Doctoribus Prudentiam ad malorum hominum fraudes uitandas et simplicitatem, ne ipsi dolis alias circumueniant, commendat, quod uno uerbo Moderatio esset, quae tamen hodie nimis extenderetur, dum multi sub illius praetextu errores excusent, defendant, atque Theologos, qui Deo accepto Ze-

lo uterentur, conuitiis proscindant; quod *Arnoldus in Haeresiologia* aliique fecere, speciatim uero Vitebergensis Academiae et Doctores cauillarentur et discentes ab officiis publicis excluderent, ut *Sam. a Diest. Prof. Duisb.* consilio suo testatur. Melius et aequius sapientissimus Saxoniae Elector de Candore Vitebergensium sentiebat, postquam ab Erasmo lubricam responcionem de Capitibus quibusdam doctrinae diuinae accepisset, quod producit *Mathesius de vita Lutheri* p. 70. *uid. Disp. p. 3. 8.*

CAP. I.

DE MODERATIONE VERA ET
LEGITIMA.

§. 1. Etymologiam, Synonymiam et Homonymiam uocis moderationis ex profanis et sacris Scriptoribus sistit. Circa homonymiam ex sacris producitur Paulus, *1. Tim. III. 2.* requirens ἐπίσκοπον νηφάλιον et σωφρόνα, ubi uox νηφάλιος a Gerardo in *L. de Min. Eccl.* de sobrietate corporis, σωφρων de mentis temperantia et moderatione explicatur. Haec Theologicae moderationi contradistincta in Ethicam et Christianam distingui potest, quarum definitio additur in nota adiecta. Auctores ueteres recentioresque hoc argumentum ex instituto tractantes recensentur. p. 10.-13.

§. 2. Ab his moderationem theologicam distinguit, quam Maichelius melius exemplis illustrari, quam describi posse putat, Pfaffius sine conceptu uel proprio uel communi et nimis generaliter definit p. 13. 14.

§. 3.

§. 3. De Pomarii definitione iudicatur atque ab illo Auctor dissentit in eo, quod propter mediocritatem officii elenchtici et epanorthotici etiam in διδασκαλίᾳ, παιδείᾳ et παιδαγωγίᾳ, moderatio adhibenda sit, immoderate enim in docendo agi ab eo, qui non fundamentalia pro fundamentalibus uenditat atque circa scripturam et mysteria sibi nimium arrogat. p. 14. 15.

§. 4. Moderatio Theologica generaliter et specialiter definitur. p. 15.

§. 5. Definitionis genus explicatur, quod sit donum non naturale, sed spirituale per gratiam diuinam multifarie sese exerens. Suntque uel dona ministrantia, quae ministris Ecclesiae ad aliorum salutem impertiuntur, *Eph. III. 7.* uel sanctificantia ad subiecti propriam salutem, utraque hic intelliguntur. In opposita animaduersione Pfaffii sententia diuidicatur existimantis: 1. irregenitis modo extraordinario quandoque dona ministrantia concedi, 2. naturalem apprehensionem uerbi Dei esse donum naturale 3. uera ministrantia tantum in regenito esse. Sed cum fides omnis etiam ex notitia literali hausta opus Dei sit, nec sanctificatio sine notitia, nec per notitiam naturalem detur, fucus facile patet. p. 15. 16. 17.

§. 6. Hanc uirtutem Sp. Sanct. efficit partim prohibendo nimiam uehementiam 1. *Tim. III. 3.* non tamen postposita pugna cum illis, qui ueritati bellum indicunt. *Tit. I. 9. II. 11.* partim lenitatem mandando. 1. *Tim. III. 23.* 2. *Tim. II. 24. 25.* *Tit. I. 7. 8.* p. 17. 18.

§. 7.

§. 7. Moderationis tubiectum praecipue Doctores ecclesiae sunt. 1. *Tim. III. 2. Matth. X. 26. Tit. I. 9.* quod demonstrant in V. T. *Moses, Samuel. 1. Sam. XV. 13. Nathan. 2. Sam. XIII. 1. p. 18. 19.*

§. 8. In N. T. Christus omnibus exemplo est. *Esai. LIII. 7. Matth. XI. 29. XXVI. 50.* Paulus Christianos per mansuetudinem et lenitatem Christi obsecrat. 2. *Cor. X. 1. Eph. V. 2.* Apostoli sunt secuti 2. *Cor. V. 11.* item ex antiqua Ecclesia Patres *Irenaeus, Hilarius, Basilus, Proclus* et hanc moderationem etiam pie confessores tantopere commendarunt in *praefat. libri concordiae Disp. p. 19. 20.*

§. 9. Moderatioris Doctoris dotes sunt cognitio ueritatis et uera pietas *Tit. I. 1. 7. II. 7. p. 20. 21. 22.*

§. 10. Forma illius est, ne in excessu zelus, nec in defectu lenitas peccet, sed medium teneat. Sic erant in ueteri Ecclesia non tantum Cypriani, Athanasii, Cyrilli, sed et Irenaei, Hilarii et Gregorii. Lutherus seueritatem, Melanchthon lenitatem testantur, afferente *Matthia Rittero.* Sic Morlini singularem zelum, Chemnitii moderationem laudat Gasmerus in *uita Chemnitii Disp. 22. 23. 24.*

§. 11. Vtriusque Temperamentum producit zelum esse necessarium, sed lenitate et prudentia temperatum, lenitatem esse commendandam, sed pio atque legitimo zelo ornatam, quod *Vedelii Reformati uerbis Lib. I. de prud. Vet. Eccles. Cap. 4. illustratur. p. 25.*

§. 12. In quonam temperamentum illud ponendum

dum sit, terminos proscriptit: ut 1. omnium norma sit scriptura. 2. respiciatur ad obiectum controversiae, num in salutarem ueritatem influat, nec ne? sin illud, omnia ad uiuum resecanda, quod iure fecit *Concil. Constantinopol.* V. sin hoc, mittus agendum, qua in re in V. Eccl. imprimis apud Papicolas peccarunt, ubi haereseos uocabulum nonnunquam etiam ad dissensum in rebus Philosophicis est extensum, et Seculo XV. Paulus II. eos haereticos pronunciauit, qui nomen Academiae, i. e. Platoniconrum commemorarent etc. 3. porro ad personas, circumstantias et finem etc. p. 25. 26. 27. 28.

§. 13. Absonum est in rebus, quae ad salutarem doctrinam non faciunt, nimis rigide procedere, quod Lutheri et Melanchthonis testimonio corroboratur. p. 28. 29.

§. 14. Obiectum moderationis theologicae sunt ritus recepti et ceremoniae, circa quas obseruan- dum: in statu confessionis nihil in his ipsis immu- tandum esse, interim tamen recte Irenaeus, ob dissonantiam ieunii, non tolli oportere consonantiam fidei, ne libertas Christiana iugo hominum subiicitur, existimat p. 29.

§. 15. Formularum loquendi mutatio facta ex orthodoxiae laude, cuius sensus ueritati non est contrarius, locum habet, sed cauendum, ne, cum formularum immutatione, ipse sensus corrumpatur. Hinc ueteres innouatione unitatem Ecclesiae labe- factari animaduerterunt, testante Euagrio, ut Patres antiqui in locum uocabuli ὄμοστος substituere

όμοι-

vno 185105, minime consenserint, Apostolus quoque praecipiat, ut idem sentiant loquanturque. *1. Cor. I. 10. 2. 1 Tim. I. 13. p. 30. 31.*

§. 16. Adhibenda est moderatio in Ecclesiastica Disciplina, ubi Principi, quae sunt Principis, et Deo Deique ministris sua relinquenda sint. Absit potestas pontificia omnia magistratus ciuilis iura pessime subuertens; circumstantiae prudenter sunt diiudicandae, sub initii certaminum lenius est procedendum, aliaque ratio habenda in Ecclesiae statu florente, aliaque quando premitur *p. 31. 32.*

§. 17. Ratione personarum alii ex infirmitate errant, alii ex proaeresi, consilio et pertinacia, ut Pharisaei. Illi serio ueritatis agnoscendae studio ducuntur, ut *Paulus 1. Tim. I. 13.* hinc cum illis humaniter agendum, saepiusque illi sunt admonendi, qua de re Gregor. Nazianz. Interim tamen ex infirmitate errare non est idem ac bona fide errare, prout Pfaffius sentit, cum hac ratione haereticus dicere non posset, quod ea, quae statuat, hauserit ab illis, a quibus educatus et instructus esset; sed hic non tantum quaeritur, an sic fuerint persuasi, sed an non aliter persuasi esse potuerint? nec omnis ignorantia excusat, dum alia uincibilis, alia inuincibilis est, non enim a persuasione, sed erroris grauitate dependet, quod haereticus sit. etc. *p. 32. - 35.*

§. 18. Aduersus pertinaces in errore iustus zelus est adhibendus *Tit. I. 13. II. 15. Act. XVIII. 28.* Nam sic gloriarentur de uictoria. Et Christus ipse praecepit contradicentibus os obdurare. Tandem legitimus zelus definitur *p. 35. 36. 37.*

§. 19.

§. 19. Christum et Apostolos zelum adhibuisse ostenditur, sed putant dissentientes, hoc nobiscum non esse conferendum, et extraordinaria heroicaque facta illa minime facile imitanda. Gauderent immediata ἐλλαμψει, nec affectibus indulgerent. p. 37. 38.

§. 20. Ex quo fluit, zelum necessarium esse, quamvis Pietistae, Fanatici, Syncretistae et Pseudopolitici Theologos sinceros propterea haeretices appellant. Nam si zelum maxima circumspectione exerceat, scientia veritatis atque charitate suppositis, omnia ex Dei mandato sunt, atque hoc Ecclesiae maxime utilitati est, fuit et erit, quod Vedelius Reformatus demonstrauit. Interemisticum enim malum et Cryptocaluinismum severitate et constantia viri cordati abstulerunt, actum esset de Ecclesia, si instanti periculo quisque dormitareret, quod B. Fechtius asserit. Disp. p. 38. 39.

§. 21. Necessitas zeli exemplo Lutheri illustratur, qui natura humanus erat et in colloquiis mitis, suavis atque comis, sed in religionis defensione illum feroe aliquis vere diuinus occupabat, nec per lenitatem negotium hoc confici poterat, cum desperato morbo omnia laborarent, et si quid humani Lutherus in his passus esset, minime suggillari, sed potius excusari deberet, ut egregie Melanchthon de Lutheri asperiori scribendi genere iudicat, cui assentitur Matthesius uid. p. 39. 40. 41.

§. 22. Eadem a contrario per nimiam lenitatem Melanchthonis euincitur, ctius culpa Crypto-Caluinismus Saxoniam inuasit, Brema, Palatinatus et Pole-

Poloniae pars ad Caluini castra transiit, testatur de eius lenitate in comitiis Augustanis Hier. Baumgartner et Lutherus, imo nonnunquam ipse Philip-
pus lenitatem doluit. p. 41. 42. 43.

§. 23. Deus etiam huiuscemodi mercenarios gra-
uiter puniet *Apoc. III. 16. Matth. X. 33. Es. LVI. 10.*
I. Reg. XVIII. 21. propterea tales, quocunque se
uertant, parum proficiunt. Sic de Philippo etiam
Caluiniani sunt questi p. 43. 44.

§. 24. Moderationis finis est gloria Dei, pro-
ximi commodum, Ecclesiae salus. Secus facientes
a Melanchthonie increpantur. p. 44. 45.

CAP. II.

DE MODERATIONE FALSA ET SPVRIA EAQVE FVGIENDA.

§. 1. Describitur, quod scil. Zelum improbet,
ueritatem euertat, et cum pacem urgeat, pacem
conscientiae turbet. p. 46. 47.

§. 2. Non tantum viri huius seculi, sed et quibus
diuinæ doctrinæ cura est demandata, hanc aliquando
suadent, et se aliosque decipiunt, *Matth. VII. 15.*
Syncretistarum, Arnoldi et Pietistarum consilia id
docent. p. 47. 48.

§. 3. Spuria moderationis Patroni I. Elenchum
uel plane non, uel frigide tantum ab Ecclesiae do-
ctore tractari uolunt, quod Clericus argumentis,
petitis et Dictis Paulinis, *I. Cor. XIII. 8. etc.* testatur
p. 48. 49. 50.

§. 4. Error sententiae Clericane demonstratur,
quod Christo, Scripturae et Apostolis aduersa fron-
te re-

te repugnet, uanitasque illius sententiae VIII. rationibus detegitur p. 50. 51. 52. 53.

§. 5. Elenchi nominalis omissionem urserunt contra Christi *Matth.* XXIII. et *Pauli* 2. *Tim.* II. 17. VI. 14. institutum superiori seculo Reformati et Rintelenses in Colloquio Castellano, et hodie a Politicis et intempestiuis pacificatoribus idem fit, secus ministri Megapolitani cum B. Chyraeo et B. Calouio iudicant p. 53. 54. 55.

§. 6. Spuria moderatio consequentias aduersariis imputandas negat. Petrus Martyr Caluinista hac parte non facit cum multis ex grege suo, ut non uidere possim, quomodo Kingii obseruatio a Machelio comprobata locum habeat, quod scilicet consequentiae illis, e quorum doctrina uel principio elicerentur, si a talibus consequentiis abhorrerent, non essent imputandae, ac si hoc crederent uel statuerent, quod refutatur. p. 55. 56.

§. 7. Controuersias grauioris momenti extenuant, dum uocant α) praeiudicia, uti Pfaffius solet, cuius opinio profertur atque refutatur p. 56. 57. 58.

§. 8. β) Logomachias, ut facit Arnoldus, quem Fechtius depexum dedit, item Pietistae, Syncretistae et Indifferentistae, porro Thomasius fundatum fidei in amore Dei et proximi, odio et contemptu sui ponens, uel fidem in intellectu cerebrinam contumeliose uocans. *Nic.* *Hier.* *Gundlingius* *Disp. de Baptismo et Iustificatione*, *Clericus de Communicatione idiomaticum*, Pfaffius Theologiam omnem logomachias scatere dicens; quod Chemnitius ele-

ganter obseruauit, et contra illud Auctores Form. Concord. grauiter pronunciant. Facilius excusari potest, cuius mens sana est, utut loquendi ratio sit incommoda, quod Theologi nostri in B. Arndio ostenderunt, sed locutiones erroneas tolerare et defendere illicitum est. p. 58. - 62.

§. 9. III. Haereticos manifestos excusare student, quod fecerunt Arnoldus et Thomasius, hodiernique Pacificatores nihil aliud intendunt, et quid Pfaffii, bona fide errare, aliud etc. p. 62. 63.

§. 10. IV. Librorum symbolicorum auctorita-
ti detrahunt, errores illis insimulando, iuramentum
in illos damnando, illosque scripturae a nobis aequi-
parari calumniando, qua de re Maichelius men-
tem inique declarauit p. 63. 64.

§. 11. V. Errantes in fundamento pro fratribus
habent. Sunt enim, qui, quod fundamentum fidei sit,
nos plane ignorare, putant, uel cum Thomasio ta-
le constituunt, ut Turcos, Iudeos et Paganos in
fraternitatem accipere possimus. Pfaffianaee opinio-
ni B. Calouius apposite responderet, p. 64. 65. 66.

§. 12. VI. Praetextu Christianae libertatis omnem
nouaturiendi licentiam sibi datam existimant, quos
Spanhemius refellit p. 66. 67.

§. 13. VII. Periculosa et merito suspecta dogma-
ta in melius esse interpretanda docent. Vbi tamen
hinc personae, hinc argumenta sollicite sunt distin-
guenda. Quae de suspectis aliorum sermonibus Lu-
therus grauiter pronunciauerit, afferuntur. Hoc
etiam Crypto-Caluinismum in Saxonia dissemina-
bat,

bat, quod sero animaduersum est, ut Selneccerus scribit. Philippus lenitatis suae damnum etiam expertus est, quod Flacius Illyricus docet. p. 67. 68. 69.

§. 14. VIII. Syncretismum sub blando pacis et moderationis nomine in Ecclesiam inuehunt. Sed Veritas et Pax coniunctae sunt *Zach. VIII. 19.* Ut uero sit pax, nec consilia pacifica ex rationibus carnalibus sint. Deo enim ante omnia fides est seruanda inuiolata, p. 70. 71.

§. 15. Plura *Ken*tingia adduci possent; sed ob breuitatis studium ostenditur, quomodo hactenus dicta in actum deduci possint, quaeque obseruanda, si quis uerae moderationis laudem sibi comparare uelit, quae B. Fechtius in Compendio habet. Tandem omnes Gregorii Nazianzeni uerbis ad moderationem ueram excitantur. p. 71. 72.

Die sequenti Praeside Dn. IOH. MATTH. HASIO Mathematum P. P. O. proposuit Cl. Christianus Martini, Vratislauia Silesius, Pithometriae Theoriam Nouam Algebrae ope erutam et perfectam. Vitemb. Literis Christiani Schroederi pl. II.

Cuius Part. primam cum Hidae Sect. Ima in praesens tradendam existimauit, referuando Part. Hidae Sect. Hidam, ut et part. Hidiam, quae prixin Pithometriae ipsam continebit, alia occasione euulgandas. Ratio uero instituti haec est. Quantum ad methodum, ab usitata Mathematicorum discedit,

atque per Icholia continua digressionibus hinc et inde interspersis, propositionibus ad marginem indicatis, connexionis rationem ostendit, et usum ubi uis declarat, et perspicuitati consulit, tyronum etiam infirmitati, exemplis particularium casuum propositis, inferuit. Quantum ad rem ipsam, in Prolegomenis nonnulla de Doliorum materia in oris nostris usitata et pauca quidem, differit, nec minus de forma, quae commodissima nobis, strictim exponit, in quantum sc. eorum in demonstrationibus sequentibus usus existit. Quo uero minus quis hic cramben ab aliis iam coctam recoctamque de nouo propositam existimet, ostendit etiam, plures operi huic manum applicuisse, paucos praestitisse, quod praestandum suscepissent, in primis et ueteribus quibus calculi infinite simulis ignorantia obstitit. Facilius uero est problema, ubi doliorum plenorū capacitas quaeritur, difficilius, ubi mensura doliorum non integrorum inuenienda diuerso eorundem situ existente, sed tamen posterioris casus tantum binos ad exemplum aliorum perpendit, is nempe, cum axis ad horizonem est perpendicularis, itemque, cum axis horizonti parallelus, imaginationis uero subleuandae caussa figuris aeneis clariora redditā sunt, factis propterea projectionibus opticis, ichnographicis, orthographicis, profilicis, quin etiam perspectivis. Proinde in tractationis P. Ima modos recenset, in hoc problemate primo soluendo solennes, aliis praecipue, qui nudo Matheseos antiquae cortice

tice uictitarunt, ad interiorem uero nucleum neutriquam penetrarunt, sola ad sensum approximatiōne contenti. Quorum adeo hypothesis una, quā dolium totum pro duobus conis rectis habent, eorumque conorum capacitatem legitime exquirunt. IIda est ea, quando eorūdem conorum et per consequens dolii contentum, per processum, ceu uocant, diametrorum aequatarum inuenire contendunt; IIItia qui areas circulorum aequatas usurpant. Quas uero suppositiones omnes nimis a ueritate recedere, ut ostendat, tum algebraica expressione horum contentorum exhibita, tum exemplo et casu particulari rem declarare studuit. Cum uero quidam etiam cylindro aequiparent dolium integrum, hanc suppositionem reuera cum una uel utraque ex duabus postremo memoratis coincidere, atque adeo pariter nimis crassum errorem gignere neruose demonstrat. Dehinc ad solutiones magis legitimas ex Geometria sublimiori deromptas se conuertit, et ad naturam curuae quam format superficies, uel sectio doliorum inuestigandam, animi neruos intendit, non tamen sine causa monet, uix aliquam spem superesse, curuam eam accurate determinandi, in primis ob rationem opificum dolia conficiendi admodum incertam, ead ad nullas leges alligatam. Vnde *de hypothesi Viri Celeberrimi Iacobi Bernoullii, qui curuam hanc in A. E. L. 1694. salutauit elasticam iudicat, esse eam ingeniosam satis, sed ipsi rei minus conuenientem, in praxin nullatenus deducendam.* Vbi adeo de-

terminatio curuae a priori penitus impossibilis est, ad suppositiones licitas quoque confugit, et tres potissimum adhibet, quarum prima habet dolium pro portione fusi ex rotatione arcus circuli circa suam chordam geniti, quod genus corporis *Kepplerio uocatur Citreum*. Dum uero in soliditatem corporis huiusque algebraice inquirit, ostendit prolixius, Algebraam ipsam pro statu suo moderno, et calculum infinitesimalm non subministrare solutionem commodam uel in terminis finitis. Vnde tandem in subsidium uocat Regulam guldinianam, uerum, quoniam ea solutio praxin requirit prolixissimam et taediosissimam, relicta ea, ad commodiores suppositiones progreditur, ubi primo se offert curuatura Elliptica, unde dolium, Sphaercidi truncato Archimedaeo simile ponit, ex quo deducit calculo infinitesimali duas formulas solutionum facillimas et expeditissimas, easque speciali exemplo illustrat. Deinde progreditur ad aequa rationabilem et mathematico dignam hypothesin curuaturae sc. parabolicae, qualis est prope uerticem eius circa semiordinatam aliquam axis primarii rotatum, quae suppositio ipsi dat formulas aequa commodas ac faciles exemplis particularibus in gratiam eorum, qui Algebraam ignorant, adiectis illustratas. Occasione uero huius iustae et legitimae solutionis monet, sed incommodis quibusdam aliorum suppositionibus, qua u. g. dolium e duabus parabolis compositum credunt, quae in compositione se inuicem secant, cuspedemque aliquam uel sen-

suum

suum testimonio constituunt. Solutionem tamen huius casus et uniuersalem et particularem, dum ad fert, obseruatur eandem esse cum superiore formulam, quae dolium ponebat duos conos truncatos. Tandem ut hae solutiones eo facilius inuicem comparari queant, in Tabula sub conspectum prodire iubet eas omnes in exemplo particulari. Ex quo apparet illegitimas priores methodos omnes iusto minorem quantitatem dolio tribuere, legitimas uero posteriores quantitatibus conspirare, quam maxime, quantitatibus saltem ob paruitatem contemnendis differentes. Tutissimam tamen ratus hypothesis curuaturaे parabolicae, cuius formula minorem reliquis quantitatem dolio tribuit, unde adeo si error aliquis in ea committatur, idem in defectu potius quam in excessu existat.

P. Ille auspicatur inquisitionem diuisionis *doliorum non plenorū, quorum axis horizonti parallelus*; in qua tractatione difficillima et omnium maxime ardua et a ueteribus imperfectissime tradita, ita procedit, ut primo in solutionem talem huius problematis inquirat, in qua nulla alia suppositione, quam quae in superioribus facta, opus existat; uerum obstare hic obseruat ignorantiam quadraturaे circularis absolutae in terminis finitis, quae nec potestati analyseos ipsius modernae subiacet, unde solutiones exurgunt taediosae atque prolixae, et quidem in casu solum earum suppositionum curuaturaे dolii, quas ut illegitimas in superioribus reiecerat, uel etiam plane impossibi-

les ob series infinitas infinitorum terminorum resultantes (quibus fidem facit ipsos calculos per modum digressionum exhibendo. Idcirco ad approximationes iterum confugit in eo consistentes, quod Δ la aliqua mixta elementaria parua, ut uocantur, fere similia pro similibus ipso actu habentur, quae positio eo iustior est, quoniam obseruat, eam in dolio duarum amphorarum uix $\frac{1}{2}$ canthari siue $\frac{3}{8}\frac{1}{4}$ partis, sed totius dolii errorem efficerre posse. Praeterea solutio haec eam habet commoditatem, quod formulam subministrat mire expeditam ac facilem.

In altera Dissert: qua H. L. Q. C. eodem die cathedram superiorem adscendit. P. IIdae Sect. IIdam tuitus est, ostenditque aliorum solutiones problematis huius de dolii non plenis illegitimas esse et falsas, eiusmodi examini suo submisit X febre solutiones, inter quas sunt *Iob. Hartn. Bayeri*, qui peculiari tractatu: *Conometriae Mauritianaे titulo uulgatae tres earum exhibuit*. Nec non *Donghartei Angli Sethique Wardi* ut et *Ionesii in Synopsi Palmanorum Matheoseos*, it. *Coigneti Mathematici Archiducis Bruxellensis*, tandemque *Keppleri*, de quo tamen omnium aetatis suae sagacissimo viro, qui in *Stereometria doliorum*, ut et *im Auszug aus der uralten Messkunst Archimedis* obseruat, eum solutione sua ad uere proximam tam prope accedere, ut differentia uix ad 3ed. 937. assurgat.

His ita expositis, iam in eo est, ut tractationem de Dimensione doliorum semiplenororum siue liquorum

rum in iis contentorum, ubi fundi horizonti insitunt, axis uero eidem est perpendicularis, elaboret, qua, ut sperat, propediem in lucem edita, finem imponet Pithometriae suaee Theoriae, et peculiari alia dissertatione aget de Praxi Pithometrica.

Die 23. April. Decadem Observacionum Forensium uarii argumenti Praeside GEBHARDO CHRISTIANO BASTINELLERO I.V.D. et Digest. ueter. P. P. Ordin. Curiae item Electoralis Provinc. Consistorii Ecclesiastici ac Scabintus Assessore et Ordinis Iuridici h.t. Decano, pro Licentia summos in utroque Iure honores capessendi publice defendit CHRISTIANVS GODOFREDVS Gräfe, Wurcensis, Aduocatus Dresdensis. Vit. form. Creusigianis pl. 6^o.

Observatio 1. docet, quod Iure Saxonico Electorali incestus, inter affines gradus secundi, lineae inaequalis commissus, poena fustigationis ac perpetuae relegationis coercentur. Probat hoc ex Diu Principis Augusti Const. XXIV. p. IV. et Ord. Eccles. Tit. von Ebegelebnissen, Rubr. Welchen Personen sich in Ebegelebnissen etc. §. Wie nun denen Personen etc. In annotatione ueteris factae pronunciationis differentiam ab hodierno pronuncandi modo demonstrat. In Observatione 2. ponitur, quod Commissarius curatorem sexus sequioris ad causam sibi commissam ualide constituere possit,

et quidem in Saxonia Electorali, ubi foemina sine curatore litis secundum Decisi. §9. in iudicio non comparere debeat: accedit, quod, mandata iurisdictione, ea quoque mandata esse videantur, sine quibus mandata iurisdictio exerceri nequit 1. 2. ff. de iurisdict. et l. 5. §. 1. ff. de officio eius, cui mand. est iurisd. confirmat etiam hoc Facult. Iurid. Vitemb. responso. Obs. 3. habet: suspensus ab officio, postea que ex causa iustitiae restitutus, solum eos officii redditus recuperat, qui ex ipso officio, e. g. salariū, non uero, qui ex personali labore, u. g. spor-tulae, proueniunt. Affertur B. Hornii sententia in addit. ad Schilt. Inst. Iur. Canon, et facultatis Iurid. Vitemb. responsum. Observatione 4. Auctot dicit, quod inter aromata referuntur saccharum, amygdalae, et uuae passae, non uero oryza. Hanc corroborare intendit responso Facultatis Iurid. Vitemb. Observatione 5. continetur, quod damnatio in opus publicum, quae ex causa non famosa statuta est, infamiam non importet, adeoque matrimonium, cum eiusmodi damnata initum, opifici haud probrosum sit. Hanc observationem exemplo et responso Facultatis Vitemberg. Iurid. illustrat. Observatio 6. uerbis sic concepta est: Reluitio census, in fundo quodam sub hypotheca rite constituti, si ad certum tempus reseruata est, hoc elapso, reseruanti et his, ad quos ab eo causa deuoluitur, ultra non conceditur. Interim fundo sub hasta uendita pretioque soluto, census et hypotheca extinguuntur, neque nouus emtor nisi sciens prudensque censem simul

sub

sub hasta emerit, ad istum praetandum obligatur. Observatio 7. ostenditur, quod ius protimiseos in operis liberorum rusticorum, *der Dienste Zwang*, ex Ord. Polit. de anno 1661. tit. 23. c. 3. detur illi domino, qui iurisdictionem inferiorem in hos rusticos exercet, siue praedia, quae possidet, seruitiis equestribus, *Ritter-Pferden*, siue vulgaribus oneribus, puta sexagenis, *Steuer-Schocken*, sint onerata. Observatio 8. sic est: Pactum dotale: *Dass es der succession halber bey Disposition der Sächsischen Rechte sein Bewenden haben solle*, successiōnem secundum statuta loci in Saxonia non excludit. Observatio 9. continet, quod foeminis contra lapsum termini probatorii, excepta illatorum causa, restitutio in integrum non concedatur. In Observatio ultima Auctor noster hoc statuit, quod propter indicia commissi criminis, quae per testes, aut documenta, aut iuris iurandi delationem elidi possunt, nemo tormentis sit subiciendus, quod exemplo illustrat, et addito Facultatis Iuridicae Vitembergensis responso, huic disputationi finem imponit. In Programmate, quod addidit Decanus Facultatis Iuridicae et huius disputationis Praeses, deducit casum, *Num, si mater de bonorum substantia, post obitum diuidenda cum quibusdam ex liberis paciscatur, etiam liberi absentes et huius pactionis ignari, mortua matre illam debeant adimplere?* quod affirmat, quia mortis causa hoc pactum factum sit. Tandem uitam Candidati breuiter more consueto apponit.

Die sequenti, Rectore Academiae Magnifico, DN. GEORGIO FRIDERICO SCHROEERO, SS. Theol. Doct. et P. P. DN. CHRISTIANVS GODOFR. GRAEFIUS, Wurzena Misn. Iuris Vtriusque Licentiatus et per celebris Adiuvatus Dresdensis, a Promotore Viro Praenobilissimo Consultissimo et Excellentissimo DN. IOH. BALTH. WERNHERO ICto, Potent. Polon. Regi et Principi Electori Sax. a Consiliis Aulae et Iustitiae, Ordinario et Antecessore Primario, in Iuris Vtriusque Doctorem publico festoque ritu creatus est, ad quem actum condorandum Ordinis Iuris-Consultorum in Academia Vitembergensi h. t. Decanus et Procancellarius GEBHARDVS CHRISTIANVS BASTINELLERVS, D. Dig. Vet. P. P. Curiae item Elect. Provinc. Consistorii Eccles. ac Scabin. Professor Ciues Academicos inuitauit. Vitemb. prelo uiduae Creusigianae pl. I.

Hac promotione Dn. Wernherus ICt. Pol. Regi et Principi Elect. Sax. a Consiliis Aulae et Iustitiae, Ordinarius et Antecessor Primarius, Orationem habuit eruditam, quam, cum propter negotia sua grauissima impeditus fuerit, in sequentibus Actis tecum, Lector beneuole, communicare uolumus.

Recto-

Rectore Magnifico GEORGIO FRIDERICO SCHROEERO, SS. Th. D. et P. P. Ordinis Philosoph. Decanus in Academia Vitembergensi ERNESTVS CHRISTIANVS SCHROEDERVS, Logicae et Philosophiae Primae Professor Publicus et hoc tempore Imperiali Auctoritate constitutus Comes Palatinus schedula publica d. 25. Apr. intimauit, quod prae-mium summum, Magisterii Philosophici gradum, insignia et priuilegia ad diem 30. April. in Brabeute-rio Magno autoritate publica tribuere uellet. Vi-temb. pl. I.

Die XXVII. April. Dissertationem Theologi-
cam de Illuminationis Gratiuae Subiecto
secundum Scripturae S. stilum, Praeside
GEORGIO FRIDERICO SCHROE-
ERO S. S. Theol. D. Prof. Publ. et
AI. Regio-El. Ephoro pro Loco inter Can-
didatos Theologiae obtinendo Eruditorum examini
subiecit Auctor M. IO. ZACH. HILLI-
GER, Chemnicensis, Ordin. Phil. Asses-
for. Vitemb. Liter. Creusigianis. pl. 7.

Haec Dissertatio, quae auctorem ueneratur Hil-
ligerum perindustum, omniue laude maiorem,
constat praefatione et tractatione. Praefatio ini-
tium et progressum erroris circa Theologiam irre-
geniti repetit, commemorando Donatistas, Pela-
gianos,

gianos, Anabaptistas, Schwenckfeldianos, Weigelianos, Io. Cameronem, Robert Baronium, Io. Cocceum, Francisc. Burmannum, Wilhelmum Momma, Poiretum, Dan. Hoffmannum, Wenceslaum Schillingum, Ioh. Musaeum, Phil. Iac. Spenerum, Ioh. Christoph. Bilefeldum, Ad. Rechenbergum, Io. Olearium, Io. Michael. Langium, Io. Guil. Zieroldum, Ioach. Iust. Bteithauptum, Paul. Antonium, Henr. Lysium, Ioach. Langium, Io. Franc. Buddeum, cui erroneae sententiae opposuerunt se Sim. Episcopius, M. Sigism. Euenius, M. Ioh. Cozibuius, Meisnerus, Calouiuus, Deutschmannus, Neumannus, Christ. Kortholtus, Sam. Schelguigius, Frid. Christ. Bucherus, Io. Fechtius, Valent. Ernst. Loescherus, Wernsdorffius, Chladenius, Janus, Foertschius, Io. Petr. Gruenenbergius, Francisc. Albert. Æpinus, Christ. Sontagius, Schwarzius, Christ. Heinr. Zeibichius, Ioh. Christoph. Wolffius, Albert. Ioach. de Krackewitz. Tractatio undecim finitur thesibus, quas inter sonat Thes. I. Illuminatio et reuelatio inter se differunt, ut causa et effectus. §. 1. Monetur, illuminationem maioribus sub beneficio regenerationis, hac uoce laxius sumta, comprehendi, motis autem de illuminationis actu controuersiis, eidem in Theologia peculiare seorsim caput constitui, §. 2. uocem Φωτισμός, die Erlenchtung, hic non physice sumi, sed per metaphoram, pro illuminatione supernaturali, Ps. XIII. 4. 2. Cor. IV. 6. Eph. I. 8. III. 9. Ebr. VI. 1. §. 3. Illuminationis uariam dari signi-

significationem, et hic strictam leni biblico attendi collationem, nempe singularis notitiae sine huius applicatione actuali, §. 4. hanc uariis vocari non minibus, §. 5. non oportere, cum Mysticis et nouatoribus, confundi cum reuelatione, illam esse causam, hanc effectum, in uiris autem Θεοπνεύσοις illuminationem cum reuelatione coincidisse. Thes. II. Illuminationis adfertur definitio, et quidem §. 1. generatim. §. 2. In specie causa efficiens Deus triinus, (non uires naturae,) ubi competit Filio illuminationis meritorie aequae ac efficienter, tam ut λόγω, quam ut Θεανθρώπω. §. 3. Causa ministerialis Doctores Ecclesiae, §. 4. uerbum et sacramenta, §. 5. subiectum quod omnis homo, quo immediatum et proximum intellectus, remotum et mediatum uoluntas, forma, remotius in liberatione ab ignorantia etc. positius in collatione cognitionis rerum diuinarum spirituali, uera ac efficaci consistens, §. 6. modus, ubi sit uere per gradus et successus, mediate et resistibiliter, nec minus imperfecte, §. 7. Causa finalis, ex parte Dei illustratio gloriosae gratiae diuinae, ex parte nostri est uel proxima uel remota, illa consistit in eo, ut, ignorantia, errore et scrupulis remotis, rerum diuinarum in nobis uera, et in se salutaris ac efficax oriatur notitia, haec autem complectitur conuersionem, regenerationem etc. Thes. III. Illuminatio optimè dispescitur in actiuam et passiuam. Actiuam §. 1. 2. est ipsius Dei uniuersalis, §. 3. passiuam est effectus actiuae, quae prima ante conuersionem, notitiae salutaris receptio

ceptio et possessio medii, lumen medii, illuminatio exterior et inchoata, 2. Cor. IV. 4. 6. Φωτισμὸς γνώσεως, secunda in conuersione ipsa, nempe notitiae salutaris applicatio, magis perfecta, specialis interior, praegnans, lumen fructus, siue fidei, 1. Ioh. II. 9. τὸ ἔνας ἐν Φωτὶ Eph. V. 8. 9. Ἰό περιπατῶν ὡς Τεύχος Φωτὸς, Φωτισμὸς τῆς ζωῆς, 2. Tim. I. 10. Tertia post conuersionem in iam renatis et renouatis, qui in applicata salutari notitia ulterius crescunt, conservantur, progrediuntur, ac stilo scripturae νίοι Φωτὸς, νίοι ἡμεράς, 1. Thessal. V. 5. Prov. IV. 18. illuminatio quoad statum. H. I. auctor attendit primum illuminationis gradum, Φωτισμὸν τὸ ἔναγγελίον καὶ τῆς γνώσεως, 2. Cor. IV. 4. 6. περιφωτισμένος τὸς ὁ Θαλυβὸς τῆς διανοίας. Hic proprie, et secundum scripturae stilum, illuminationem hanc irregenitis tribui posse, negat Buddeus. Thes. IV. Actiua pertinet ad gratiam praeuenientem, et passiua ad praeparantem. Gratia, praeente Apoc. cap. III. 20. diuiditur in assistentem, cui Theologi tres constituunt gradus, praeuenientem, praeparantem, operantem, et inhabitantem, quam dispescunt in per-scientem et adiuuantem. Passiua §. 3. in homine nondum conuerso Spenero, huiusque asseclis, pro opere et effectu ex naturae viribus facile praestando, habetur, pro Philosophia de rebus sacris a Diabolorum notitia, parum aut nihil diuersa. Thes. V. utraque consistit primario in intellectus emendatione, quam culpa hominum non semper sequitur uoluntatis simul emendatio. Nouatores peruerso plane ordine

ordine prius de emendanda uoluntate sunt solliciti. Sed sic conuersio illa foret uel sine notitia ex uerbo Dei petita, atque sic per ἐλλαμψιν immediatam, quod esset enthuasticum, uel per notitiam naturalem, quod esset fanaticum. §. 2. Buddeus illuminationem uult semper coniunctam cum emendatione uoluntatis, quod tantum de intentione diuina et debeitate ratione nostri ualeret. Thes. VI. Subiectum quod illuminationis passiuae primae est irregenitus et negatiue et priuatue talis, secundae regenitus. Thes. VII. Homo impius, adeoque ad hoc irregenitus, proprie et secundum scripturae S. stilum, ac loquendi rationem, dici potest illuminatus, quod §. 1. negat Buddeus. Auctor locos scripturae S. hic pertinentes §. 2. seqq. examinat, et §. 5. ad exemplum Bileami et aliorum prouocat. Thes. VIII. Ex effectu praesertim uero, aliisque rationibus theologicis, impii illuminatio uera ac efficax cognoscitur. Thes. IX. Patrum, Librorum nostrorum symbolicorum, et Doctorum Ecclesiae orthodoxorum unanimi consensu illuminatio impiorum prima passiuua confirmatur. Thes. X. Negata hac illuminatione prima in irregenito priuatue tali, presso pede sequuntur Pelagianismus, Donatismus, Schwenckfeldianismus, Enthusiasmus, Pietismus et plures naeui. Thes. XI. Vicissim affirmata hac illuminatione prima, causa tantum agitur uirtutis uerbi, ordinis gratiae Spiritus S. ubi ad illuminationis primae fructum, §. 3. refertur etiam discrimen inter dona Spiritus S. ad-

ministrantia et sanctificantia; Buddeus quidem dona ministrantia impiis Ecclesiae ministris concedit, hoc tamen respectu, quatenus a natura habent originem, qualia sunt in intellectu memoria felix, praestans ingenium, subactum iudicium, in uoluntate uirtutes naturales, et omnes praeterea habitus acquisiti per linguas et artes, quorsum et refert eloquentiam: sed haec ipsa dona ministrantia licet in se, et abstractiue naturalia, posse dici haud abnuat auctor huius dissertationis, concretiue tamen et in applicatione, uerbum Dei uel legendu, uel meditando uel alios item docendo, Spiritus diuini gratia, ad legitimum usum etiam in irregenitis dirigi, ex mente auctoris, nemo negabit, nisi in plures errores prolabi uelit.

ERNESTVS CHRISTIANVS
SCHROEDERVS, Logicae et Philo-
sophiae Primae Prof. h. t. Ordinis Philos.
Decanus ac Imperiali Autoritate consti-
tutus Comes Palatinus, recens creatis Magi-
stris, ipso promotionis die, gratulatur, eorumque no-
mina addit, quae hic cum gratulatione ipsa sunt
apposita.

NOMINA ORDOQVE MAGISTRORVM.

Gabriel Gottlob Behrisch, *Dresdensis.*
Philip-

- Philippus Iacobus Flechtner, Onoldo
Francus.
- Christanus Kuchmann, Vratislavia Sile-
sius.
- Nicolaus VVallerius, Holmia Suecus.
- Christianus Bergerus, Rückersdorffio Misn.
Pastor Bernersdorffensis.
- Ioannes Godofredus Goeze, Mülsen.
Misn. Pastor Ruppertsgrünenfis.
- Ioannes Christianus Seydlitz, Pastor Buc-
cauiensis et Rainsdorffensis.
- Georgius Bartholdus, Seyffersdorffio Misn.
Diaconus Substit. Briefnicensis.
- Andreas VVeinert, Leutschouia Hunga-
rus, illustr. Gymnasi Patrii Con-Rector.
- Beniamin Biebler, Planckensteinensis Misn.
Reu. Ministerii Candidatus.
- Godofredus Ericus Vollhart, Dresdensis.
- Christianus Augustus Ludvig, Cizens.
Misnicus.
- Christianus Andreas Schernaccius, Ma-
litzschendorffensis Sax.
- Christianus Sigismundus Georgius, Luc-
ca Lusatius.
- Ambrosius Gottlob VVolff, Herrmanns-
dorffio Goerlicensis Lusatius.
- Ioannes Georgius Brumm, Meerana
Schoenburgenfis.

Ioannes Samuel Pfennigk, *Witteberga
Saxo.*

Samuel Georgius, *Zeuchfelda Thuringus.*

Caspar Crellerus, *Freiberga Misnicus.*

Ernestus Fridericus Kressler, *Blanckense-
ensis Saxo.*

Ioannes Georgius Olbricht, *Mariaemon-
tano Misnicus.*

Ioannes Paulus Pfaffius, *Niederboesensis
Thuringus.*

Ioannes Augustus Schneiderus, *Bercka
Thuringus.*

Ioannes Paulus Ram, *Freiberga - Misnicus.*

Volcmar Daniel Froeschel, *Ober-Topstad.
Thuringus.*

Ionathan Krause, *Hirschberga - Silesius,
Reu. Ministerii Candidatus.*

AD
RECENS CREATOS
SAPIENTIAE MAGI-
STROS.

Vere nouo rident formosi grama campi,
Flauicoma et uiuo rura colore uirent.
Frondibus omnis agri teneris nunc pullulat
arbor,

Et

Et Pindus gaudet purpureis uiolis.
 En niueo pandit Chloris digito ostia ruris,
 Atque offert nobis lilia flava, rosas.
 Inde etiam laeto testemur gaudia plausu,
 Sertaque texamus floribus e uariis:
 Quoue creandorum cingantur colla Magi-
 strum,
 Quos Phoebus dignos iudicat hoc decore.
 Pierides saluete, corollas texite, lauros
 Addite, nunc frontem cinget Apollo uirum.
 Audite! Et Phoebo gaudet Parnassia rupes
 Mox ueniente. Bonae nectite serta notae.
 Fulgidus ascendit Phoebus fastigia Pindi,
 Atque coronandum nostra caterua coit.
 Vos Heliconiades saluete, meique coronis
 Ornandi, Vobis candida sesta dabo.
 Iam uestra insigni diademat tempora cingo,
 Annulus et radians ambiat articulos.
 Nam Pallas celebrat Vos, Pieriaeque sorores,
 Conatusque pios, libaque sacra salis.
 Vos igitur iucunda fronte saluto Magistros,
 Opto nouo decori iungere plura Deum!
 Ut faueant Vobis quaeftae suaue salutis,
 Et VI DoCtRInae fLVMIna Vesta fLV-
 ant.

Sequentes libri hic loci prodierunt;
In bibliopolio GODOFR. ZIMMER-
MANNI.

Stryckii Sam. Praelectiones Viadrinae de Cautelis
Contractuum Necessariis, in gratiam cupidae LL.
Iuuentutis, ante annos aliquot publice Audi-
toribus propositae, iam desiderantibus aliis reui-
sae, Exemplis Contractuum declaratae, et ua-
riis Facultatis Iuridicae Responsis illustratae.
4to. 82. pl.

Taubmanniana, oder des Sinnreichen Poëten Fried-
rich Taubmanns Nachdenckliches Leben, scharff-
sinnige Sprüche, kluge Hof- und schertzhafte Stu-
denten-Reden, wie auch dessen denkwürdige Ge-
dichte, artige Begebenheiten, und was dem allen
gleichförmig. 12mo. 13. pl.

Genealogische Fragen, der studierenden Iugend,
zur Erleichterung, ins kurtze zusammen getragen,
und bis auf das Jahr 1723. ausgeführt, auch durch
einen neuen Theil und Anhang vermehret, mit
Königl. Poln. und Churfürstl. Sächs. Priuilegio. 12.
14. pl.

Gerhardi Pauli geistreiche Haß- und Kirchen-Lie-
der, nach des sel. Autoris eigenhändigen revi-
dirten Exemplar mit Fleiß übersehen, auch samt
einem kurtzen, doch nöthigen Vorbericht, ausgefer-
tiger, von Job. Heinrich Feustking D. damals
Hoch-Fürstl. Consistorial-Rath, Hof-Predigern,
Beicht-Vater und Superintendenten des Fürsten-
thums

thums Anhalt-Zerbst, mit Königl. Poln. und
Churfürstl. Sächs. Priuilegio. 12mo, u $\frac{1}{2}$. pl.

Gribnerus Enucleatus, h. e. Mich. Henr. Gribneri
Pol. Reg. ab Aul. et Iust. Consil. in Acad. Vi-
temb. P. P. Principia Iurisprudentiae Naturalis in
Nucleum redacta, ita, ut Iuris Naturae et gen-
tium publici et priuati uniuersalis summa Capi-
ta Libris IV. breuiter et perspicue delineentur.
Accesserunt Postulata Iurisprudentiae Ciuilis,
8vo, 13. pl.

Leutmanns M. Ioh. Georg. Vulcanus Famulans,
oder sonderbare Feuer-Nutzungen, welche durch
gute Einrichtung der Stuben-Ofen, Camine, Brau-
und Saltz-Pfannen, Schmelz-Destillir Treib-
und anderer Ofen kan erlanget, und auf solche
Art mit wenigem Holze starcke Wärme und
große Hitze gemachet, auch das Rauchen in Stu-
ben verhindert werden, andere Edition über die
Helfste vermebret, und mit raren experimentis
erkläret, 8vo, pl. II. 17 $\frac{1}{4}$. fig.

Lieberwirths M. Ioh. Georg. kurtze und deutliche
Anweisung zur Recken-Kunst, worinnen so wohl
die Species in gantzen und gebrochenen Zahlen,
nebst der Regula de Tri, als auch die so genann-
te Welsche Practica und Progression, ohne alle
Weitläufigkeit auf das einfältigste vorgetragen
und erklärt werden, worbey eine kurtze Erklä-
rung derer fremden Münzen, was solche heu-
tiges Tages nach Meißnischen Fuß gelten, auf

inständiges Verlangen, zur Erleichterung der Information in Druck gegeben. 8vo, 19. pl.

Naude Philipp Vnpartheyische und gründliche Untersuchung der Mystischen Theologie, und des grossen Vbels, so von einigen Jahren her daraus entstanden ist. 8vo 30. pl.

In Bibliopolio CHRISTIANI THEOPHILI LVDOVICI.

Io. Balth. Wernheri, ICti Potent. Polon. Reg. et Elect Sax. a Consiliis Aulae atque Iustitiae, Facult. Iurid. in Acad. Vitemberg. Ordin. et Anteceſloris Primarii, Selectarum Obſeruationum Forenſium Nouissimis Dicasteriorum Vitembergenſium praeiudiciis confirmatarum Supplemen- ta noua ad omnes partes huc usque editas Vol. VII. c indice in 4to. 4. Alph. 16. pl.

Ej. Principia Iurisprudentiae Formulariae circa modum pronunciandi in Processu ciuili et criminali. in 8vo. 8. pl.

In Bibliopolio SAMVELIS HANVERI.

D. Val. Ernst Löſchers, Ober-Confiforialn und Superintend. zu Drefſden vollständiger Timotheus Verinus, oder D. vlegung der Warbeit und des Friedens in denen biſcherigen Pietiftichen Streitigkeiten, nebst Christl. Erklärung und abgenöthigter Schutz-Schrifft vor seine Lebte, Amt u. Person gegen Herrn D. Ioach. Langen, Theol. Prof.

Prof. Hall. 2ter Theil. Es ist beygefügzt eine aufrichtige Vorstellung des ietzigen Zustandes der Controversiae von der Buchstabl. und Geistl. Erkäntniß, wie auch von der Erleuchtung und Orthodoxie unheiliger Lehrer. in 8vo. I. Alph. 15. pl.
Casp. Henr. Hornii, ICti Additamenta ad Ioh. Schilteri Institutiones Iuris Canonici in usum schoiae et fori, accessit eiusdem compendiosa expostio Doctrinae de computatione et prohibitione graduum intuitu rei matrimonialis, cum indice edit. II. auctior et correctior in 8vo. I. Alph. 9. pl.

In Bibliopolio GEORGII MARCI KNOCHII.

M. Ioh. Ierem. Hederichs, Archi-Diaconi zu Kemberg, Neue sonst noch nie zum Vorschein gekommene Erklärung über das Evangelium von den Arbeitern im Weinberge aus Matth. XX. so auf den Sonntag Sept. geleget ist, in welcher alle und jede Gleichniß-Stücke dem Sinne Christi nach, auf eine natürliche leichte Weise, so zuvor für unmöglich gehalten worden, erörtert werden, bestehend in XVI. Predigten, nebst einem 3fachen Register 1722. in 8vo. 2. Alph. 8. Bogen.

M. Aegid. Hochmuth. Pastor. Mühlbergens. et Ephoriae Haynens. Adjunct. Primar. Der richtig berußene und bewährte Evangelische Prediger in einer Prob-Ab-und Anzugs-Predigt gezeigt, deren erste den 7. Ian. 1720. Dom. I. post Epiphany.

- phan. zu Mühlberg. Die andere den 12. Mai. 1720.
 Dom. Exaud. zu Torgau. Die dritte den 19. Maj.
 1720. Fer. I. Pentec. abermahls zu Mühlberg über
 die ordentl. Evangel. gehalten. 1722. 4to. 12 $\frac{1}{2}$. pl.
- Georg. Abraham. Michaels, Archi-Diacon. der Kir-
 chen A. C. vor Schweißnitz in Schlesien, der
 Eingang Salomonis bey seiner Freundin, aus dem
 III. Cap. Offenb. Iohann 20. vers. in einer Pred.
 am I. Advent erwogen. 1722. in 4to. 2 $\frac{1}{2}$. pl.
- Ej. Das Zeichen des Menschen Sobns, aus XXIV.
 Cap. Matth. 30. vers. am II. Advent gehalt. Pred.
 betrachtet. 1722. in 4to. 3. pl.
- Ej. Dass man sich an der Christl. Religion nicht är-
 gern soll, aus Epist. P. ad Rom. IX. Cap. 33. vers
 am III. Advent behauptet 1722. in 4to. 2. pl.
- Ej. Zu einer Heil. Freude der Christen, an dem H.
 Christ - Abende ermuntert aus 1. Thessal. V. v. 5.
 am IV. Advent gehalten 1722. in 4to. 2 $\frac{1}{2}$. pl.
- Io. Georg. Neumann S. S. Th. D. eiusdemque P.P.
 Wittenb. Templi OO. SS. Praepositi, et Con-
 sist. Ecclesiast. Assefforis Programmata Acade-
 mica Theologici potiss. et Hist. argumenti, edit.
 tertia 1722. in 4to. 1. Alph. 13. pl.
- M. S. F. Bucheri Grammatica Hebraea uiam mon-
 strans ad Lectionem, Scriptionem, Declinationes
 recens inuentas, Coniugationes et Analysis 1722.
 in 8vo. 8. pl. et VII. tabul.
- M. J. G. Vossacks Calou. Luf. Phil. Adi. Witten-
 berg. Gläubiger Kinder GOTtes Rechtschaffenes
 Verhalten in und nach ihrer Seelen - Kranckheit,
 wurde nach Anleitung des gewöhnlichen Sonn-
 tags-

tags-Evangelii, Dom. XIV. post Trinit. ex Luc. XVII. II. sq. Vorgestellet zu Calau, in 4to 6. pl.

Ei. Die von Gott zur Rechenschaft gefoderten Menschen wurde nach Anleitung des ordentlichen Evangelii am IX. Sonntage nach Trinitat. zu Calau vorgestellet, in 4to 4½. pl.

Ioh. Heinr. Nuschens Hochgräf. Castell. Hof-Pre-diger, Consistorial-Kath und Pfarrer daselbst, Evangel. Hauß-Kirche, das ist, kurtze und deut-liche Anweisung Christl. Eltern, Haus-Väter und Haus-Mütter, wie sie durch Betrachtung nützlicher Haus-Lehren, welche aus denen Ordentl. Sonn-Fest- und Feyertägl. Evangel. nach vorbergegan-gener Erklärung derselben, herausgezogen, und der nützliche Gebrauch dabey gezeiget worden, ihre eigene Pflicht recht erkennen, u. auch die ibri-gen zum wahren Christenthum anführen können, unter göttl. Beystand ebemahls öffentlich vorgetra-gen, ietzo aber mit einer Vorrede Hn. D. Gottl. Wernsdorffs, Theol. Prof. Publ. Prim. Consisto-rialis, Past. und General-Superintendentis zu Wittenberg zum Drucke übergeben 1723. in 4to. 4. Alpb. ½. pl.

Regeln und Exempel der Beredsamkeit aus guten und raren Schriften der Ausländer gesammlet, und ins deutsche übersetzt, Erster Theil, darin enthal-ten I. des Gr. v. Fenelon Gespräche von der Be-redsamkeit insgemein, und von der Geistlichen insonderheit. II. Eine Predigt des Herrn du Bosc über

über die Worte Pauli Eph. I. 14. Der H. Geist ist das Pfand unsers Erbes. III. Das Leben des Hn. Bartholemi von Herbelot. IV. Schreiben des Hn. Claude an die Frau Marggräfin D. S. A. V. Eine Ode des Hr. Fenelon, so in der Roterdamschen edition des Telemaque am Ende zu finden, 1723. in 8vo. 7. pl.

Erbaut. Nachrichten von allerhand Irrthümern de-
rer Mahler, so sie in Entwerffung der Bibl. Ge-
schichte A. und N. Testaments zu begeben pfle-
gen, aus verschiedenen Sribenten zusammen ge-
tragen in gehörige Ordnung gebracht, und nebst
einer Einleitung von eben solcher Materie heraus
gegeben durch Huldericum Pulsnicensem. 1723. in
8vo. 15. pl.

Rechter Gebrauch der Affecten, darinnen derselben
Natur, Eigenschaften, Würckungen, wie auch
gut und böser Gebrauch, so wohl überhaupt, als
auch insonderheit sehr anmutig und deutlich
vorgestellet werden, aus dem Frantzösischen ins
teutsche übersetzt, und mit einem vollständigen
Register versehen von G. A. P. in 8vo 1. Alph.
19. pl.

Gorg. Reusneri Libiensis - Transyluanii Comment.
succincta ad Ius statutarium Saxonum in Tran-
syluania in 4to 2. Alph. 6 $\frac{1}{2}$. pl.

Christoph Dauid Bernard. Lect. Lingu. Orient. in
Tübingen: סכָּרֶת דָּוִיד, oder Hütte Davids, wel-
che in sich hält alle Grammaticalische Regeln der
Hebraeischen Sprache hebr. und teutsch, nicht zwar
in

in grosser Menge, doch ordentl. und deutlich mit einer Recomnendation C. M. Pfaffen S. S. Th. D. P. P. Cancell. Tübing. in 4to 21. pl.

D. Christian. Vateri, Pathol. P. P. et Phys. Prouinc. Saxon. nec non Consil. et Archiatri Anhaltini, Institutiones Medicae, in gratiam et usum studio-sae Iuuentutis succinctis Aphorismis comprehensae et experimentis hodiernis Physicis Mechan. Anatom. et Chimicis in 4to 1. Alph. 7. pl.

Nicol. Ludewig, Grafen und Herrn von Zinzendorff und Pottendorff, Die letzten Stunden Unsers Herrn und Heylandes auf dieser Erden, die Ein-setzung des H. Nachtmahls, sein würcklich Leiden und Tod in sich begreiffend, mit nöthigen An-merckungen erläutert, mit einer Vorrede H. Ioh. Gasp. Haferung, D. S. Theol. P. P. Extra Ord. und Arcb - Diac. an der Haupt Kirche zu Wittenberg. 8vo, 9. pl.

M. I. G. Mathesii, Das Predigt - Amt als ein Zeu-gen - Amt, an dem Exempel Iohannis des Täuf-fers in einer Anzugs - Predigt Dom. IV. Aduent. 1721. in der Kirchen zu Pretzsch vorgestellet. in 4to 5. pl.

M. I. A. Wimmeri Comment. Hist - Literariam de Lutherio omnia in omnibus post haec edendam indicans, et de Scriptoribus Lutheri uitam illu-strantibus fusius in limine differens, in 4to 5. pl.

I. C. Speners Teutsches Jus Publicum H. R. Teut-schen Reichs Vollständige Staats - Rechts - Lehre, welche in XVI. Büchern alle in dem Teutschen Iure

Iure Publico sonst zufällige vornehmlich und ins besondere, die von andern Publicisten entweder gar vorbey gelassene, oder nicht nach Würden verhandelte Materien, als nahmentlich der Teutschen Staats-Rechte Ursprünge samt und sonders, die Politische Ermessungen des Reichs an sich selber, und dessen Actiu- und Passiu-Praetensionen, der Churfürsten, denn auch aller und ieder Geist- und Weltlichen Reichs-Stände, eigentliche Staats-Verfassungen und Gerechtsamen; die Reichs-Lehnbarkeit mit ibren ausnehmenden Be-fügnissen; die rechte Eigenschaft, und den Begriff, der Reichsstandschaffts und aller Landes Hoheitlichen Rechte; so wohl des Reichs und der Teutschen Staaten Kirchen-Gerechtsame, in bequemer Ordnung und Methode vorstellig macht, eine vernünftige Verbindung der allgemeinen Reichs- und iedem T. Staat besonders zustehenden Staats-Rechte an die Hand giebet, bey den mancherley Controuersien die Gründe beyder Theile anführt, auch prüfet und untersuchet, sich übrigens durchaus der biündigsten Beweise befleißiget, und in unterschiedene Theile, denen an bequemen Orten die gehörige Register beygefügert sind, absondert. Desselben Erster Theil in 4to 2. Alph. 14 $\frac{1}{2}$. pl.



ornebmlich
blicisten em
cht nach
abmenlich

inge sam
gen des
nd Passiu
auch alle
-Stände, eis
rechfam
nehmenden
t, und den
ad aller L
Reichs und
tsame, in he
eilig mahr
gemeinen Re
ebenden Stu
den manie
Theile auf
t, sub übrig
befleißigen
bequemen
sind, abson
lph. 142¹ p

EMENDANDA.

IN Praef. sub fin. leg. quod pro quaे, p. 12. lin. 15.
et pro te, p. 22. lin. 25. Prügel pro Prgüel, p. 23.
lin. 9. perstrinxerit, pro perfinxerit, p. 33. lin. 26. inf.
dist. p. 46. lin. 16. leg. ψ. L. 16. p. 50. lin. 24. congru
entes pro congruente, p. 71. lin. 14. in pro a p. 87.
lin. 5. Hebraeos pro Haebraeos, p. 92. lin. 8. pro
ficum pro praeficum, (p. 104. lin. 27. Iubentius
pro confidentius, p. 106. lin. 13. in d. VIII. April. hor.
4. m. 31. f. 55. a meridie, et quia octauus Aprilis est
dies Saturni, Pascha in sequentem dominicum diem,
sive IX. Aprilis, cadere demonstrat. Dum inter
rim Gregorianos, quorum cycli plenilunium pa
schale in diem IX. Aprilis collocant, expectare di
em XVI. April. in quo Pascha agant, oportet, ib.
lin. 20. lege iustitiam confirmaturus quatuor rati
nes etc. ac intermedia uerba plane omittantur, ib.
lin. 24. leg. subreptis, ib. (2) quia suspicio euitatur,
praetextus loco etc. ib. lin. 27. leg. si ab aduersa im
perfectiore forma hoc casu discedant, p. 107. lin. 5.
leg. quod obseruasse primum sibi uifus est Dn. D.
Liebknecht etc. ib. lin. 13. telescopium $6\frac{1}{2}$. pedum
sese etc. ib. lin. 15. erigi curauit aliud XXII. pedes Li
psienses longum, et etc. ib. lin. 27. Vnde his commo
tus rationibus, non diffitetur, se in negantis opini
onem inclinare.) p. 137. lin. 26. leg. apparuit pro ap
pruit, p. 195. lin. 11. leg. κερτηρία pro κερτήγια.